

# MARCULFI MONACHI FORMULARUM LIBRI DUO

[Ex D. Bouquet., *Recueil des-Hist. de France.*]

## PRÆFATIO BIGNONII.

Marculfi, quem nunc damus, erudite lector, plures docti viri meminerunt. Sed quis fuerit, et quo tempore (a) vixerit, nihil certi ab illis proditum est. Quidam vero in universum circa primam regum nostrorum familiam illius tempora coniecerunt. Adhuc tamen dubium remanebat ex librorum varietate, quibus permulta posterioris ætatis scriptores infarcierant. Verum, Exemplar quod nacti sumus, omnium facile optimum, nos amplius dubitare non sinit. Præfixa siquidem ab auctore ipso epistola docet professionem monachum, et septuaginta annos natum, cum hæc scriberet, fuisse. Deinde cum Landerico papæ opus inscribat, facile apparet Landericum illum Parisiorum (b) episcopum fuisse, qui Clodoveo Dagoberti filio rege claruit, circa annum æræ Christianæ 660. Nulli quippe alii Galliarum episcopi hoc nomine reperiuntur, Landerici Parisiensis tempore, neque multis post annis. Tum papæ nomen omnibus episcopis passim tribui solitum sub prima regum Francorum dynastia notum est: quod licet sub secunda al quatenus continuatum sit, rarius certe usurpatum reperitur. Accedunt et aliæ certissimæ conjecturæ ex totius libri lectione, quibus permulta occurrunt quæ vix possunt ad aliud tempus referri, et plane Merovingorum sæculum redolent. Quis enim cum majorum domus non semel repetitam mentionem adverterit, non continuo deprehendat eo tempore Marculfum scripsisse quo majores domus vice regia omnia regni negotia pertractabant, imo vere sub alieni neminis specie imperabant? quod a Dagoberto cœpisse scriptores notant. Omnia patritios sæpius nominatos, quos sub Carolinis raro aut nusquam reperiri a doctis observatum est. Alia sunt infinita iudicia quæ cordatus lector facile animadvertet. In qua autem civitate Marculus vixerit, ex qua sit oriundus, aut cujus cœnobii monachus exstiterit, nobis plane incompertum est. Quod si divinare liceret, suspicarer eum in aliquo Parisiensis diocæsis monasterio regulariter vixisse, cum Landerico Parisiorum antistiti librum suum inscribat. Quidquid sit, utilissimus certe auctor est, et a doctis non frustra expellitur. Nam ut omittam eo sæculo scripsisse cujus pauca nobis hodie supersunt monumenta, sane permultas docet rerum nostrarum origines, magistratum et dignitatum munia, juris dicendi formam quæ tum recepta erat; jus denique ipsum quo majores nostri utebantur clare ostendit quando non aliud certius juris observati indicium requiri potest, quam cujus usum ex formulis tum usitatis deprehen-

(a) Variæ sunt eruditorum hominum sententiæ de ætate Marculfi. Quidam eum vixisse putant sub fine prime stirpis regum Francorum. alii Carolo Magno regnante. Vide M. Antonium Dominicy in tractatu de Freuga et pace; Labbeum, in tomo VI Concil., pag. 530; Launium in assertionem inquisitionis in chartam immunitatis beati Germani Paris., pag. 619; Quatremarium, in privilegio sancti Germani propugnato, pag. 113; et Coringium, in Censura diplomatis Lindaviensis, pag. 210. Baluz.

dimus. Quæ pars nostræ antiquitatis ut inter cæteras fructuosa, ita obscurissima et intacta fere remansit; quo nomine doctis omnibus et nostri juris peritiis acceptionem Marculfum fore confido. Leges quoque veteres, Salica scilicet, Ribuaria, Alamannica, Saxonica, Bajuvarica et cæteræ ejusmodi, quæ a Germanicis gentibus tot sæculis observatæ sunt, non alium meliorem habent interpretem. Idipsum de Caroli Magni, Ludovici Pii, et Caroli Calvi constitutionibus, seu, ut tum dicebant, capitulis, dici potest. Ipse etiam Gregorius Turonensis, quo digniorem historicum non habemus, multis locis a Marculo lucem accipit, et omnino illustratur. Idem et in plerisque mediæ ævi scriptoribus obtinet. Quinimo et ad juris Romani pleniorum cognitionem non parum conferre asserere ausim. Sed commendatitiis in publicum proditurus non eget, qui tot præstantissimorum virorum ingenii sæpe jam commendatus est. Cujacium dico, Brissonium, et Pithæos fratres, clarissima lumina, qui ex eo perplura immortalibus suis scriptis inserendo, non levem ejus auctoris gustum cæteris dederunt. Defuturos tamen non dubito qui sermonis duritiam, et ineptam plane rusticitatem exhorrescant. Facilis vero defensio est. Nam ab eo de Latini sermonis peritiæ edoceri non petimus. Mores illorum temporum etiam sermonis inculta rusticitas penitus ostendit. sæculo sane infelicissimo vixit, quo omnes disciplinae et litteræ penitus obrutæ et sepultæ erant, adeo quidem, ut qui melioris doctrinæ quid attigissent, veluti novæ alicujus et prævæ opinionis auctores, aut ut magi et malefici damnarentur. Qua occasione lectorem monitum velim, ne variis solæcismis qui sæpius occurrunt offendatur, nec operarum typographicarum vitio imputet, quanquam optime emendatum esse non equidem præstiterim. Sed meminerit prout in authentico Exemplari scriptum est ita editum esse; nam si ea omnia immutanda fuissent, non jam Marculus, sed alius, proditurus auctor videretur. Dubitavi certe utrum Marculo, an potius scriptori vitia ejusmodi ascriberem, et vero a scriptoribus permulta in eo depravata facile crediderim, sed ita fere Marculfum scripsisse haud dubium est, cum id ipsum in reliquis ejusdem ævi monumentis deprehendatur. Atque adeo plura in Gregorio Turonensi occurrunt, et infinita prope in manuscriptis Codicibus, quæ ab iis qui ediderunt inmutata sunt. Neque aliter eum scripsisse dubitari potest, cum historici operis initio id deprecetur: « Prius, inquit, veniam legentibus precor, si aut in litteris aut in syllabis

(b) Doctissimus abbas Lebeuf, in Dissertationibus de Parisiensis historia ecclesiastica et civili, hoc ipso anno 1741 editis, existimat Landericum istum non esse episcopum Parisiensem qui memoratur in diplomate autographo Clodovei II concess-o, an. 653, monasterio sancti Dionysii; sed Madelgarii et Valde-trudis filium, qui in diocæsis Parisiensis et Meldensis chorepiscopi munere fungebatur, quique obiit anno circiter 700.

grammaticam artem excessero, de qua ad plene non sum imbutus. » Eadem excusatione utitur et Benedictus Levita in collectionis suae praefatione. Quo fit ut existimem de eo sermonis genere sensisse patres synodi Turonensis III, sub Carolo Magno, cum unumquemque episcopum decreverunt curam habere ut homiliae sanctorum in rusticam Romanam linguam transferrentur, quo facilius possent intelligi. Nam et rustico sermone de miraculis beati Martini libros Gregorium Turonensem scripsisse ipsemet testatur Historiarum lib. V, eandemque excusationem repetit initio libri primi de Gloria confessorum: « Qui nullum argumentum, inquit, in litteris habes, qui nomina discernere nescis, saepius pro masculinis feminina, pro femininis neutra, et pro neutris masculina commutas, qui ipsas quoque praepositiones, quas nobilium dictatorum observare sanxit auctoritas, loco debito plerumque non locas. Nam pro ablativis accusativa, et rursus pro accusativis ablativa ponis. » Quae verba ideo ascripsi, quod quis fuerit rusticus sermo graphice expriment, et ut facilius Marculfo ignoscatur, qui adhuc infeliciose saeculo vixit, nec ut ille fuit melioribus disciplinis eruditus. Nec tamen dubito hoc opus prisca illis saeculis non minore in pretio habitum fuisse quam Cnaei Flavii scribae apud Romanos legis Actiones adeo rari erant qui de negotiis quanquam suis scripta conficere et quae vellent possent facile litteris mandare. Igitur in huius auctoris Editione non parum laboris in perpurgando, nec minus curando ne quid temere immutaretur: ea siquidem quae scriptorum incuria manifesto irrepserant, emendavimus, dubia reliquimus, conjecturas tamen nostras et emendationes in notis apposuimus. Unum quidem Marculfi Exemplar nacti sumus, quod ex ditissima regum nostrorum bibliotheca suppeditavit nobis eruditissimi viri Nicolai Rigaltii humanitas, sed illud optimum et praestantissimum, cum et Marculfi ad Landericum dedicatorem epistolam conti-

neat, et duorum librorum indices seu capitula ab auctore ipso praenotata, ut plerum sit ceteras formulas quae illis non continentur. Marculfi non esse: quod incognitum doctissimis viris imposuit, qui librorum vitio quibus omnes formulae perinistae erant, pleraque laudaverunt. In eo quoque recensendo usum sum excerptis quibusdam Colicis Pithœani, quae a doctissimo viro Joanne Savarone Arvernorum praeside ad me missa sunt, cui multis nominibus me devinctum nunquam dubitabo profiteri. Secundum porro Marculfi librum in regio Exemplari excipiebant formularum capita quaedam absque numeris, tum ejusdem voluminis initio aliae plures formulae, quarum haec erat epigrapha *Cartas Sen cas*, quas hic usurpari monuit me Joannes Savaro quasi formulas veteres; senicæ enim quasi senes. Igitur eas etiam formulas in unum colligavi et incerti auctoris veteres formulas inscripsi; ex quibus quaedam sunt ejusdem ævi cum Marculfo, quæ tam vero Carolo Magno imperante procul dubio scriptæ apparent. Adjuvimus et alias quæ XLVI capita continent, quas ex vetustissimo Codice descriperat, et mihi jampridem communicaverat Jacobus Sirmundus, cujus viri singularis eruditio cum pari humanitate certat. His ut facilius a cæteris discernentur, titulus praefixus est: *Formulae veteres secundum legem Romanam*; quod ideo fecimus, quia fere omnes his scriptæ sint qui lege Romana uterentur, cum in his saevissime reperias: *Lex Romana exposita, et secundum legem Romanam*; saltem Romana est observatio, quibus tamen nonnulla barbarici moris admista videre est. Denique cum beneficio doctissimi viri, Caroli Labbei in manus nostras incidisset vetus Codex, quo veteres quaedam formulae continebantur, qui olim P. Danielis ac demum Jac. Bongarsii fuerant, eas quoque adjicere visum est, ne quid formularum desiderari posset. Utere his, lector, et frueri. Vale.

## PROLOGUS AUCTORIS

### Sen epistola Dedicatoria.

Domino sancto, meritis beatissimo, et apostolico C semper honore suscipiendo, omnique praefatione laudis celebrando, domino ac reverendissimo papæ Landerico, Marculfus ultimus ac vilissimus omnium monachorum.

Utinam, sancte Pater, jussioni vestrae tam efficaciter quam spontanea obtemperare valuissem, quia jam supra vires meae possibilitatis conatus sum injunctum a vobis subire negotium, cum fere septuaginta aut amplius annos expleam vivendi, nec jam trenula ad scribendum manus est apta, nec ad videndum mihi oculi sufficiunt caligantes, nec ad cogitandum sufficit hebetudo. Quia, juxta dictum vobis cujusdam prudentissimi viri, in pueris crescit sensus, in juvenibus viget, in senibus minuitur. Propterea eleganter facere non potui ut volui; feci tamen ordinatè ut potui, non solum ea quae jussistis, verum etiam multa alia in hac scedula tam praepositiones regales, quam cartas pagenses, juxta simplicitatis et rusticitatis meae naturam intimare curavi. Scio enim

multos fore, et vos et alios prudentissimos viros et eloquentissimos ac rhetores et ad dictandum peritos, qui ista si legerint pro minima et velut deliramenta, eorum comparata sapientia reputabunt, vel certe legere dedignabuntur. Sed ego non pro talibus viris, sed ad exercenda initia puerorum, ut potui, aperte et simpliciter scripsi, ut cui libuerit, is exinde aliqua exemplando faciat. Si vero displicet, nemo cogit invidium, nec praepredicet mea rusticitas eruditorum et rhetorum floribus verborum, et eloquenti facundia. Sunt propterea nonnulla negotia hominum, tam in palatio quam in pago, quae scribi non queunt antequam invicem conferantur, et juxta propositiones vel responsiones eloquia eorum tunc scribantur et gesta. Ego vero haec quae apud majores meos, juxta consuetudinem loci quod degimus, didici, vel ex sensu proprio cogitavi, ut potui coacervare in unum curavi, et capitula praenotavi, ut facilius quod voluerit a quaerenti in antea scripto reperiantur.

\* Codex ms. Pithœanus, *Gildulfo*. Hinc conjicit abbas Lebeuf, loco jam citato, Marculfum opus suum non tantum Landerico Parisiensi et Meldensi chorepiscopo obtulisse, sed etiam Hildulfo chorepiscopo

Trevirensi.

<sup>b</sup> Edit. Baluz. et Lindenbrog., *scripsi cuilibet is exinde*.

<sup>c</sup> *Ibid.*, *eloquentiae facundiae*.

## INCIPIUNT CAPITULA SCEDOLÆ OPERIS HUIUS.

1. Qualiter privilegium confatur.
2. Concessio regis de hoc privilegio.
3. Emunitas regis.
4. Confirmatio de regis emunitate.
5. Præceptum regis de episcopatu.
6. Indiculus regis ad Metropolitanum episcopum, ut alii episcopo benedicat.
7. Consensus civium, pro episcopatu.
8. Charta de ducatu, patriciatu aut comitatu.
9. Indiculus ad alium regem, cui legatio dirigitur et verbis suggeritur commendatitiis.
10. Rescriptum ad regem, pro suo legato.
11. Tractoria legatorum vel minima facienda, ad istius instar.
12. Præceptum donationis.
13. Præceptum de lasu-verpo, per manum regis.
14. Prologi tres de cessionibus regalibus.
15. Concessio ad locum sanctum.
16. Confirmatio regis ad locum sanctum.
17. Iterum confirmatio, pro secularibus viris.
18. De regis auctoritate.
19. Præceptum de clericatu.
20. De divisione ubi regis accesserit missus.
21. De causalibus recipiendis.
22. Præceptum denariale.
23. Charta de causa suspensa.
24. Charta de Mundelburde regis et principis.
25. Prologus de iudiciis regis cum de magna re duo causantur simul.
26. Indiculus commonitorius ad episcopum.
27. Item indiculus ad episcopum, ad alium distringendum.
28. Charta audientialis.
29. Indiculus ad laicum.
30. Commutatio cum rege.
31. Confirmatio regis de omni corpore facultatis.
32. Si quis contra voluntatem regis egerit, securitas eis quibus eum persequi iussit.
33. Præceptum, quorum ab hostibus, vel alio modo fuerint instrumenta incensa.
34. Relatio pagensium ad regem directa.
35. Confirmatio alia de omni corpore facultatis, ad monasterium.
36. Ut causas victorum assumendi suorum aliqui licentiam habeant.
37. Iudicium.
38. Charta pericla.
39. Ut pro natiuitate Regis ingenui relaxentur.
40. Ut leude sanio promittantur regi.

## LIBER PRIMUS.

## DE CHARTIS REGALIBUS.

## CAPUT PRIMUM.

## De privilegio.

Sancto domino et in Christo venerabili fratri illi abbati, vel cunctæ congregationi monasterii illius in honore beatorum illorum in pago illo constructi, ille episcopus. Conpellit nos affectio charitatis vestræ, radio inflammante divino, illa pro vestra quieti providere, quæ nobis maneat ad mercedem, et ea recto tramite, inconvulso limite terminari, quæ perennem deinceps, propitiantem Domino, obtineant firmitatem, quia non minor a Domino retributio speratur futura pro succiduis contemplante temporibus, quam ad præsens munera pauperibus offerente. Et ne nobis aliquis detrahendo æstimet in id nova decernere carnina, dum ab antiquitus juxta constitutionem pontificum, per regalem sanctionem monasteria sanctorum Lirinensis, Agauensis, Luxoviensis, vel modo innumerabilia per omne regnum Francorum, sub libertatis privilegium videntur consistere, sed pro reverentia sanctorum, beatorumque omnium fratrum implendo iussa, custodiendo præcepta, obedientiam propalabo. Quid vero vos, vel successores vestri, sancto sua lente spiritu deinceps custodiat, imo sancte illius Ecclesie episcopus debeat adimplere, huic pagine credidimus inserendum. Hoc est, ut de vestra congregatione qui in vestro monasterio

sancta debeant bajulare officia, cum abbas cum omni congregatione poposcerit, a nobis vel a successoribus nostris sacros percipiat gradus. Nullum pro ipsorum honore præmium percepturus, altare in ipso monasterio prædictus episcopus benedicat, et sanctum chrisma annis singulis, si voluerint postulare, pro reverentia loci sine pretio concedat, et juxta dispensationem divinam cum abbas de ipso monasterio a Domino migraverit, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex semetipsis, optimæ regulæ comparatum, et vite meritis congruentem, similiter sine præmio memoratæ urbis episcopus ipse promoveat abbatem. Nullam penitus aliam potestatem in monasterio, neque in rebus, neque in ordinandis personis, neque in villabus, ibidem jam collatis, aut deinceps regio munere, aut privatorum collaturis, vel in reliqua substantia monasterii, nos successoresque nostri episcopi, aut archidiaconi seu ceteri ordinatores, aut quælibet alia persona prædictæ civitatis habere non præsumat; aut quodcumque de eodem monasterio, sicut de parochiis, aut cæteris monasteriis, muneris causa audeat sperare, aut ferre. Nec de hoc quod a Domino timentibus hominibus transmissum, aut in altario offerentium fuerit, aut in sacris, voluminibus vel quibuscunque speciebus ad ornatum divini cultus pertinet, aut

<sup>a</sup> In Edit Bign. hic titulus legitur: *Incipiunt exemplaria de diversis conditionibus qualiter regales chartas pagenses, cui hæc formula habere placuerit, et medius non valent, scribantur.*

<sup>b</sup> Certum est monachos clericos non fuisse usque ad tempus Zosimi et Siricii Romanorum pontificum, quorum hic epist. 1, cap. 23, ad Ilmerium, innuere videtur, licentiam se præstare monachis morum

gravitate et fidei institutione commendatis, ut possint clericorum officiis aggregari. Bign.

<sup>c</sup> Archidiaconi res temporales et ecclesie opes dispensabant. Io.

<sup>d</sup> Solemne tunc temporis erat, res donatas ecclesie vel traditas, aut saltem earum instrumenta altari imponere. Io.

præsens collata vel collatura fuerint, <sup>a</sup> auferre præsumat. Et nisi rogatus a congregatione illa, vel abbate, pro oratione lucranda, nulli nostrum liceat monasterii adire secreta, aut finium ingredi septa; et si ab eis illuc pontifex postulatus, pro lucranda oratione vel eorum utilitate, accesserit, celebrato ac peracto divino mysterio, simplici ac sobria benedictione percepta, absque ullo requisito domo studeat habere regressum. Ut quatenus monachi, qui solitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant, duce Domino, per tempora exultare, et sub sancta regula viventes, et beatorum patrum vitam sectantes, pro statu Ecclesiæ, et salute regis, vel patriæ, valeant plenius Dominum exorare. Et si aliquid ipsi monachi, de eorum religione tepidi, aut secus egerint, secundum eorum regulam ab eorum abbate, si prævalet, <sup>b</sup> corrigantur. Sin autem pontifex de ipsa civitate coercere debet, quia nihil de canonica auctoritate convellit, quiddam domesticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur. Si quis autem ex nobis, quod Deus avertat, calliditate commotus, aut cupiditate præventus, ea quæ sunt superius comprehensa, temerario spiritu violare præsumpserit, a divina ultione prostratus, <sup>c</sup> reatu anathematis subiaceat, et tribus annis a communione omnium fratrum se noverit alienum. Et nihilominus hoc privilegium perpetim maneat incorruptum. Quam constitutionem nostram, ut firmis subsistat vigoribus, et nos et fratres nostri domini <sup>d</sup> episcopi subscriptione et manibus nostris decrevimus roborari. Actum ibi, sub die illo, anno illo.

#### CAPUT II.

##### <sup>e</sup> *Concessio regis ad hoc privilegium.*

Ille rex, viris <sup>f</sup> apostolicis, patribus nostris, necnon et illustribus viris, illi comiti, vel omnibus agentibus, præsentibus et futuris. Oportet enim clementiam principalem, ut inter cæterorum petitiones sacerdotibus debeat benignum accommodare auditum, et quod pro timore divini nominis postulatur, ponatur procul dubio ad effectum, ut fiat in mercedem conjunctio, dum pro quiete servorum Dei congrua impertitur <sup>g</sup> portio, quia fides perfecta non dubitat ad Altissimi gratiam pertinere, quod secundum sacra

<sup>a</sup> Observa in casu negligentæ jurisdictionem et potestatem episcopo servatam, ne impunita scilicet essent maleficia, et canonica auctoritas convellere-  
tur. BIGN.

<sup>b</sup> Id est fidelibus qui divino servitio jugiter incumbunt, et quorum sors Dominus est. Id.

<sup>c</sup> Frequens tum erat, et etiam postea, anathematis poenam instrumentorum sanctionibus inserere. Id.

<sup>d</sup> Episcopi hic non tantum adhibentur ut testes, verum et quia ejusmodi libertas non nisi magno in conventu episcoporum indulgebatur. Id.

<sup>e</sup> Satis ostendit hoc lemma non privilegio tantum episcopi, sed et consensu et confirmatione regis opus fuisse. Id.

<sup>f</sup> Sic tum vocabantur episcopi, quod in locum apostolorum successerant. Id.

<sup>g</sup> Kaluz., *impertitur petitio*.

<sup>h</sup> His verbis, ut notat Bignonius, duæ notantur honorum species, et velut maxima rerum divisio, quæ eo sæculo recepta erat, quod et ex cap. 33 infra colligi potest. Omnia namque prædia aut propria erant,

elogia præcipue domesticis fidei devota mente impenditur, quia scriptum est. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum* (Matth. v, 3). Ergo dum et ille episcopus ut abbas, aut illuster vir, monasterium in honore illius, in pago illo, aut super <sup>h</sup> proprietate, aut super fisco, noscitur ædificasse, ubi ad præsens ille abbas, vel turba plurima monachorum adunata esse noscuntur, ad petitionem <sup>i</sup> illius clementia nostra, pro quiete ipsorum servorum Dei, præceptionem vigoris nostri placuit propalare, sub quo tranquillitatis ordine, Domino protegente, ipsi monachi juxta religionis normam perpetim valeant residere, elegimus, ut et hac serie debeat plenius declarari, quia nihil de canonica institutione convellit, quiddam domesticis fidei, per tranquillitatis pacem conceditur. Nec nobis aliquis detrahendo æstimet in id nova decernere carmina dum ab antiquis juxta constitutionem pontificum, per regalem sanctionem monasteria sanctorum illorum, vel cætera in regno nostro, sub libertatis privilegium videntur consistere, ita et præsens valeat, Deo adjutore, constare. Ergo, si quid in villabus, mancipiis, vel reliquis quibuscunque rebus, atque corporibus aut regio munere, aut supra scripti illius, vel a quibuslibet est delegatum, aut deinceps fuerit additum, juxta quod ab illo pontifice vel cæteris domnis episcopis ad præfatum monasterium juxta quod eorum continet privilegium, quod nobis præfatus ille protulit recensendum, sancitum esse cognovimus, nullum episcoporum, ut diximus, nec præsens, neque si fuerint successores seu archidiaconi, vel eorum ordinatores, vel quælibet persona, possit quocunque ordine de loco ipso auferre, aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio, præter id quod scriptum est adaptare, vel aliquid per commutationis titulum minuire, aut de ministerii ornamentis, vel de altari, vel de offertione in altario illata abstollere, nec ad ipsum monasterium vel cellulas ejus, nisi tantum pro lucranda oratione (illud ipsum, si fuerit, cum voluntate abbatis, vel ejus congregationis) absque dispendio eorum, aliter accedere penitus non præsumat. Quo facilius secundum delegationis votum, vel hujus seriei auctoritatem, ad ipsum monasterium absque ul-

aut fiscalia. Propria seu proprietates dicebantur, quæ nullius juri obnoxia erant, sed optimo maximo jure possidebantur, ideoque ad hæredes transibant. Fiscalia vero, beneficia sive fisci vocabantur, quæ a rege, ut plurimum, posteaque ab aliis ita concedebantur, ut certis legibus servitiisque obnoxia, cum vita accipientis finirentur. Rursus proprium seu proprietas duplex: alia quippe alode, seu hereditas, proprium paternum aut maternum erat; alia non a parentibus, sed labore et parcimonia cujusque comparata, ex comparato, aut ex conquisitu dicebatur. Sed postea et res comparatas alodii nomine vocaverunt; eoque perventum ut alodia liberi juris prædia, quæ nec fidem, nec pensationem deberent generaliter dicta sint, ad fœdi differentiam; quo sensu alodii vocabulum adhuc hodie jure nostro usurpatur. Hæc divisio passim apud mediæ sæculi scriptores notanda occurrit.

<sup>i</sup> Hoc enim libertatis privilegium, ut plurimum, rogatu eorum qui construxerant aut dotaverant concedebatur. BIGN.

lius inquietudine, ibidem cuncta proficiant in augmentis. Adjicientes, ut nulli penitus iudicium, vel cuiuslibet hominum licentia sit, de rebus præfati monasterii, absque voluntate eorum servorum Dei, in aliquo iniquiter defraudari, aut temerario spiritu suis usibus usurpare. Ne, quod primitus est, et Dei iram incurrat, et nostram offensam, vel a fisco grave damnum sustineat. Illud nobis pro integra mercede nostra placuit addendum, ut tam quod ex nostra largitate, quam delegatione ipsius, vel cæterorum, aut cuiuslibet, ibidem est aut fuerit devoluta possessio, quoque tempore, nulla iudiciaria potestas, nec præsens, nec <sup>a</sup> succidia, aut ad causas audiendum, aut aliquid exactandum, ibidem non præsumat ingredi, sed sub omni emunitate hoc ipsum monasterium vel congregatio sua, sibi met <sup>b</sup> omnia freda concessa debeant possidere; et quicquid exinde fiscus noster, forsitan de eorum hominibus, aut de ingenis, aut de servientibus in eorum agris commanentibus, vel undecunque poterat sperare, ex indulgentia nostra, in <sup>c</sup> luminaribus ipsius sancti loci, vel stipendiis sanctorum Dei, tam nobis in Dei nomine viventibus, quam per tempora a succidentibus regibus et pro mercedis compendio, debeant cuncta proficere, ut pro æterna salute, vel felicitate patriæ, seu regis, constanter delectet ipsis monachis, immensam Domini pietatem jugiter implorare. Quod præceptum decreti nostri, Christo in omnibus suffraganti, ut firmior habeatur, et perenniter <sup>d</sup> confirmetur, subscriptione manus nostræ, infra studuimus confirmari.

## CAPUT III.

## Emunitas regia.

Maximum regni nostri augere credimus munimentum, si beneficia opportuna locis ecclesiarum, aut <sup>e</sup> cui volueris dicere, benevola deliberatione concedimus, ac Domino protegente stabiliter perdurare conscribimus. Igitur noverit solertia vestra quod nos ad petitionem apostolici viri domini illius, illius urbis episcopi, tale pro æterna retributione beneficium visi fuimus indulsisse, ut in villabus ecclesiæ, quas

<sup>a</sup> Baluz., *succidi a, aut causas audiendo, aut aliquid exactando.... ingredi.*

<sup>b</sup> Idem, *omnes fredas concessos.*

<sup>c</sup> Luminarium usus pervetustus, et a primordio nascentis ecclesiæ, in antelucanis scilicet cælibus, ut Irenæus, Tertullianus et alii passim testantur. Tandemque pace Christianis data, Ecclesia id ex prisco more retinuit, tum in Dei honorem, tum in signum castitatis, ut beati Hieronymi verbis utar, qui Vigilantium cereorum usum reprobantem graviter redarguit. BIGN.

<sup>d</sup> Baluz., *conservetur.*

<sup>e</sup> Immunitatem, quæ et *emunitas* vocabatur, primi Christiani imperatores parcam et modicam ecclesiis tribuerunt, et initio quidem a civilibus et personaribus muneribus tantum; quod ex libro XVI Cod. Theod. facile perspicitur. Plenissima vero immunitas a regibus nostris concessa est, ut merito dici possit suo exemplo cæteris principibus eandem immunitatem ecclesiis concedendi auctores fuisse. BIGN.

<sup>f</sup> Sæcularibus viris tum etiam immunitas plena concedebatur. Vide infra, cap. 17. lo.

<sup>g</sup> Mansiones, tecta, hospitia, *les logis*. Paratæ vo-

A moderno tempore aut nostro, aut cuiuslibet nunere habere videtur, vel quas deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit divina pietas ampliare, nullus iudex publicus, ad causas audiendas, aut freda undique exigendum, quocunque tempore non præsumat ingredi. Sed hoc ipse Pontifex, vel successores ejus, propter nomen Dei sub integro emunitatis nomine valeant dominare. Statuentes ergo ut neque vos, neque juniores, neque successores vestri, nec ulla publica iudiciaria potestas, quocunque tempore in villis ubique in regno nostro, ipsi ecclesiæ aut regia, aut privatorum largitate collatis, aut <sup>h</sup> cui in antea fuerint collaturis, aut ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de quibuslibet causis exigere, nec <sup>i</sup> mansiones, aut paratas, vel <sup>k</sup> fidejussores tollere non præsumatis; sed quicquid exinde, aut de ingenis, aut de servientibus, cæterisque nationibus, quæ sunt infra agros, vel fines, seu supra terras prædictæ Ecclesiæ commanentibus, fiscus aut de fredis, aut undecunque potuerat sperare, ex nostra indulgentia pro futura salute in luminaribus ipsius Ecclesiæ, per manum agentium eorum, proficiat in perpetuum. Et quod nos propter nomen Domini, et animæ nostræ remedium, seu nostra prosequenti progenie plena devotione indulsimus, nec regalis sublimitas, nec cuiuslibet iudicium sæva cupiditas refragare tentet. Et ut præsens auctoritas, tam presentibus quam futuris temporibus, inviolata, Deo adiutore, permaneat, manus nostræ <sup>l</sup> subscriptionibus infra roborare decrevimus.

C

## CAPUT IV.

## Confirmatio de emunitate.

Principalem quidem clementiam cunctis decet accommodare aurem benignam, præcipue quæ pro compendio animarum a præcedentibus regibus, parentibus nostris, ad loca ecclesiarum probantur esse indulta, devota debemus mente perpendere, et congrua beneficia, ut mereamur in mercedem esse participes, non negare, sed robustissimo jure per nostra oracula <sup>m</sup> conferre. Igitur apostolicus vir ille, illius civitatis episcopus, clementiæ regni nostri suggestit, eo quod ille rex per suam <sup>n</sup> auctoritatem, sua manu cabantur quæ proviatico et alimentis præbebantur. Cl. Falcatius optime *paratas* uno Gallico verbo *livrées* interpretatus est; sic enim hodie dicuntur cibi qui in familia regia ministris et familiaribus in specie quotidie præbentur. lo.

<sup>b</sup> Id est, cogere ut subditi ecclesiæ et in ecclesiastica terra degentes, aut statim ad iudicium audientiam pergant, et iudicatum faciant; aut si velint dimitti, indejussores seu vades iudicio sistendi causa præstant. lo.

<sup>l</sup> Subscriptionis nomine, de qua hic Marculfus agit, signum illud et character continebatur, totius nominis litteras implexas referens, qualia in vetustis regiis et imperatoris diplomatis videre est. lo.

<sup>m</sup> Baluz., *confirmare.*

<sup>n</sup> Auctoritatis nomine hic et superiori capite intelligitur diploma, pragmaticum, seu, ut sæculi etiam verbis utar, præceptum regium, ea forma descriptum qua majorem auctoritatem habiturum erat, et, ut puto, manu propria regis subscriptum, et anulo seu sigillo principis munitum; qua in re ab indiculo differt. BIGN.

subscriptam, de villis ecclesie sue illius, quas ad præsens possidebat, vel de eo quod a Deum timentibus hominibus ibidem inantea delegaretur, integram emunitatem concessisset, ut nullus iudex publicus ad causas audiendum, vel fœda exigendum, nec mansiones, aut paratas faciendum, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius Ecclesie de quibuslibet causis distringendum, nec ad ulla redhibitiones requirendum, ibidem ingredi non debeant. Unde et ipsam præceptionem jam dicti principis, seu et a confirmationem illorum regum, eorum manibus roboratas, antedictus pontifex nobis ostendit relegendas, et ipse beneficium circa eodem, vel memorata ecclesia sua, sicut a supradictis principibus fuit indultum, moderno tempore asserit esse conservatum. Sed pro firmitatis studio, petit celsitudinem nostram, ut hoc denuo circa eodem, vel memorata Ecclesia sancti illius, nostra deberet auctoritas generaliter confirmare. Cujus<sup>b</sup> petitioni pro reverentia ipsius sancti loci, ut mereamur in mercedem sociari, plenissimam voluntatem præstitisse, vel confirmasse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus, ut sicut constat ab antedictis principibus de villis præfatæ Ecclesie domini illius integram emunitatem absque introitu iudicium fuisse concessam, ita et inantea, auxiliante Domino, inspectæ priorum principum auctoritates omnimodo conserventur, et neque vos, neque<sup>c</sup> juniores, neque successores vestri, vel quislibet de judiciaria potestate, in villas antedictæ Ecclesie, quas moderno tempore ubicunque in regno nostro possidere noscuntur, vel quæ inantea a Deum timentibus hominibus fuerunt collatæ, tam de ingenuis, quam de serventibus, vel quibuslibet nationibus hominum, in prædictis ipsius Ecclesie villis commanentibus, nec ad agendum, nec fœda exigendum, nec fidejussores tollendum, nec mansiones, aut paratas faciendum, nec eos de quibuslibet causis distringendum, nec ulla redhibitiones requirendum, ibidem ingredi non præsumatis, sed sicut ipsum beneficium a jam dictis principibus jam dictæ Ecclesie fuit indultum, et usque modo conservatum, ita et deinceps per hanc nostram auctoritatem generaliter confirmatam, in Dei nomine perenniter maneat incon vulsum, et quidquid exinde fiscus noster poterat sperare in luminaribus Ecclesie ipsius in perpetuum proficiat, et ut hæc auctoritas tam præsentibus quam futuris tem-

<sup>a</sup> Baluz., *confirmationes*.

<sup>b</sup> Baluz., *petitionem... plenissima voluntate*.

<sup>c</sup> Juniores nomen est conditionis, non ætatis; per quod hic et in capite præcedenti videntur intelligi subditi et inferiores, ut notat Bignonius. Botquet.

<sup>d</sup> Formula est, ut et lemna ostendit, quæ rex, cum primum de obitu alicujus episcopi certior factus est, ad episcopum metropolitani scribit, et præcipit ut virum illum a se probatum et electum, in episcopum ordinet et benedicat. BIGN.

<sup>e</sup> Edit. Lindenbr., *tam principale quam ut*.

<sup>f</sup> Videlicet ut magis rite et secundum canones electus videretur, non regis tantum imperio constitutus. BIGN.

<sup>g</sup> Tunc non alii quam nobiles episcopi fiebant.

poribus inviolata, Deo adjutore, possit constare, subtus eam propria manu describimus roborasse.

#### CAPUT V.

##### *a* Præceptum de episcopatu.

Ille rex, viro apostolico illi episcopo, quamvis nos ad administrandum gubernandumque rerum status, præcelsis occupationibus regie sollicitudinis causa constringat, nihil tamen<sup>e</sup> tam principali quam principi dignum est, ut cum pastorali paululum plebs destituta est præsidio, pro salute animarum, hujusmodi personis, locis celsioribus pontificalem perficiat committere dignitatem, in quibus maueat dupliciter sermo, ut populus magistrum actus Christi imitetur, qui plebem non minus pietate quam severitate constringat, qui sciat commissa sibi talenta assidue prædicationis sermonibus expolire, et acquisita multiplicatione gregis sui salute ad ovile Dominicum nullis maculis sordidatum valeat præsentare. Et quia cognovimus sanctæ recordationis domnum illum, urbis illius antistitem, evocatione divina ab hac luce migrasse, de cujus successore sollicitudinem congruam, una cum pontificibus vel proceribus nostris plenius<sup>f</sup> tractantes, decrevimus illustri vero aut venerabili illi, in ipsa urbe pontificalem in Dei nomine committere dignitatem. Quem plerumque apud animos nostros, et actio probata commendat, et<sup>g</sup> nobilitatis ordo sublimat, ac morum probitas, vel mansuetudinis et prudentiæ honestas exornat. Qua de re statuta præsentibus ordinamus, ut cum adunatorum caterva pontificum, ad quos tamen nostræ serenitatis devotio<sup>C</sup> scripta pervenit, ipsum ut ordo postulat benedicti, vestra industria studeat voluntatis nostræ deliberationem reseratis oraculis publicare, atque effectum Domino annuente sortiri. Quatenus dum Ecclesiam sibi a dispensatione divina commissam strenue regere atque gubernare videtur, nobis apud æternum retributorem mercedem suffragia largiantur, et ille pro peccatorum nostrorum mole indesinenter immensum Dominum debeat deprecari.

#### CAPUT VI.

##### *a* Indiculus regis ad episcopum ut alium benedicat.

Domino sancto, sedis apostolicæ dignitate colendo, in Christo Patri<sup>i</sup> illi episcopo, ille rex. Credimus jam ad vestram reverentiam pervenisse, sanctæ recordationis illius urbis antistitem evocatione divina de<sup>D</sup> præsentis sæculi luce migrasse. De cujus successore

Quin et in abbatibus idem quodammodo exigebatur. BIGN.

<sup>b</sup> Caput hoc ejusdem cum superiore argumenti esse titulus testatur. Verum hanc inesse puto differentiam, quod superius præceptum inscribatur, majoris scilicet auctoritatis diploma, manu propria principis subscriptum, et annulo forte munitum, ut supra de auctoritate diximus. Istud vero indiculus dicitur, quem, ut existimo, recte epistolam absque sigillo dixeris. Id.

<sup>c</sup> Metropolis antistitem archiepiscopum dixisset, si sæculi tulisset usus. Per ea namque tempora archiepiscoporum appellatio vixitum in Occidente usurpari cœperat, solique patriarchæ ita designabantur, quod postea Metropolitanis communicatum hodie retinemus. Id.

sollicitudinem integra, cum pontificibus, vel primatibus populi nostri perpetrantes, decrevimus illustri viro illi, aut venerabili viro illi, ad præfatam urbem pontificalem regulariter, Christo auspice, committere dignitatem. Et ideo salutationum jura digno debita honore solventes, petimus ut cum ad vos pervenerit, ipsum ut ordo postulat benedici vestra sanctitas non moretur, et junctis vobis cum vestris comprovincialibus, ipsum in suprascripta urbe consecrare, Christo auspice, debeatis. Agat ergo almitas vestra, ut et nostræ voluntatem devotionis incunctanter debeatis implere, et tam vos quam ipse, pro stabilitate regni nostri jugi invigilatione plenius exoretis.

## CAPUT VII.

\* *Concessio civium pro episcopatu.*

Suggerendo piissimo, ac præcellentissimo Domino, illi regi, vel seniori communi illius, a servis vestris, quorum subscriptiones vel signacula subtus tenentur insertæ, Principalitatis vestræ circumspecta clementia novi justa petentibus adnuere, suo moderaminis iudicio ponderante præsertim, cum illa deposcuntur generali prece, cunctorum voce, communiter quod proficiat, <sup>b</sup> constat illud ad Ecclesiæ regimen pullulare, quod, et ipsum regalis clementiæ prosit saluti, pariter ac mercedi. Quoniam sanctæ memoriæ vir apostolicus ille, illius urbis episcopus, hinc appropinquante ab hac luce migravit, tempore naturæ complenti, ne destitutæ sint, quod absit, oves decedente pastore, in loco ejusdem suppliciter postulamus, ut instruere dignemini illustrem virum illum, aut venerabilem illum cathedræ illius successorem, in quo est præspicuitas sublimis, ingenuitas nationis, elegantia refulgens, diligentia castitatis, charitatis locuples, voluntatis irrefragabiliter. Manu nostra hunc consensus decrevimus roborare.

## CAPUT VIII.

\* *Charta de ducatu, patriatu, vel comitatu.*

Præcipue regalis in hoc perfecta collaudatur clementia, ut inter cunctum populum bonitas et vigilantia requiratur personarum. Nec facile cuilibet judicariam convenit committere dignitatem, nisi prius fides seu strenuitas videntur esse probatæ. Ergo dum et fidem et utilitatem tuam videmur habere comperitam, ideo tibi <sup>d</sup> actionem comitatus, ducatus, patriatus in pago illo, quem antecessor tuus ille usque nunc visus est egisse, tibi ad agendum regendumque commisimus. Ita ut semper erga regimen nostrum

<sup>a</sup> Ita Mss. Magis tamen placet consensus civum. Igitur hac formula plebs destituta regem ea de re certiore facit, et suppliciter postulat ut virum aliquem in episcopum illis concedat. BIGN.

<sup>b</sup> Lindenbr. et Baluz., *constanter Ecclesiæ.*

<sup>c</sup> Litteræ sunt principis, quibus provinciæ vel civitati rectores destinant, qui aut patricii, aut duces, aut comites vocantur. BIGN.

<sup>d</sup> Actionem, id est, officium; inde agentes, id est, officiales, ministri, Comites singulis civitatibus præerant. Gregorius Turon. sæpe eos iudices vocat. Duces præerant quidem exercitui: verum et jus, quemadmodum comites, dixisse hæc formula ostendit, et

A fidem illibatam custodias, et omnes populi ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, vel reliquæ nationes, sub tuo regimine et gubernatione degant, et moderentur, et eos recto tramite secundum legem et consuetudinem eorum regas, viduis et pupillis maximus defensor appareas, latronum et malefactorum scelera a te severissime reprimantur, ut populi bene viventes sub tuo regimine gaudentes debeant consistere quieti, et quidquid de ipsa actione in <sup>e</sup> fisci ditionibus speratur, <sup>f</sup> per vosmetipsos annis singulis nostris ærariis inferatur.

## CAPUT IX.

*Indiculus ad alium regem, cum legato dirigitur et verbis suggeritur commendatitiis.*

Domino glorioso, atque præcellentissimo <sup>g</sup> fratri, illi regi, in Dei nomine ille rex. Desideratus eventus fidelissimam nobis obtulit facultatem, qua vestræ serenitati salutationis honorificentiam præbeamus, eo videlicet dilectionis affectu proprietatem vestræ celsitudinis cognoscere cupientes, quo vestram gloriam erga nos fraternitatis individuum arbitramur. Proinde præsentis viros illustres, illum et illum, ad præsentiam fraternitatis vestræ direximus, quibus ut vestram gloriam concedet, benignissima tranquillitate susceptis, petimus ut dum officium legationis injunctæ peragerent, responsis vestræ clementiæ præmoniti, ad referendum salutis indicium sacris vestris litteris honorentur.

## CAPUT X.

\* *Rescriptio ad regem.*

C Domino gloriosissimo, atque præcellentissimo, et a nobis cum summo charitatis vinculo in amore Christi amplectendo, illi regi, ille rex. Apices vestræ celsitudinis, per magnificos, et illustres viros illos, summa cum aviditate nos accepisse comperite, per quos vestræ celsitudinis salutationum munera, ut concedet præmittentes, ea quæ circa vos sunt prospera cognoscentes, gavisus, ipsos in vestro amore, tales ut concedet viros devotione benignissima suscepimus, et officium legationis sibi a vobis injunctum nostris ærariis pandiderunt. Sed omnia a nobis in responsis accepta, quid cum feliciter in Dei nomine remeaverint celsitudinis vestræ auribus debeant enarrare.

## CAPUT XI.

D <sup>h</sup> *Tractoria legatorum vel minima facienda ad istius instar.*

Ille rex, omnibus agentibus. Dum et nos in Dei nomine apostolicum virum illum, necnon et illustrem

ex Gregorio Turon. palam est. Comitibus honore et potestate superiores fuisse constat, pluresque comitatus et comites eorum curæ committebantur. Vide Greg. Turon., lib. viii, caput 48 et 26. De patriciis infra dicitur, cap. 35. Hæc ex Bignonio. Bouquet.

<sup>e</sup> Comites tributa etiam curasse, et ærario intulisse, vel hic locus evincit. BIGN.

<sup>f</sup> Baluz., *per temetipsum.*

<sup>g</sup> Ut hodie, ita tum quoque mutuo se reges fratres dicebant. BIGN.

<sup>h</sup> Tractoriarum usum a Romanis mutuatum esse hæc formula indicat. Sunt autem diplomata quæ

virum illum partibus illis lógationis causá direximus, A ideo jubemus ut locis convenientibus eisdem a vobis evectio simul et <sup>a</sup> humanitas ministretur, hoc est, veredos, seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, vini modios tantos, cervisæ modios tantos, lardi libras tantas, carnis libras tantas, porcos tantos, porcellos tantos, verveces tantos, agnellos tantos, aucas tantas, falsianos tantos, pullos tantos, ova tanta, olei libras tantas, gari libras tantas, mellis tantas, aceti tantas, cumini libras tantas, piperis tantas, costi tantas, <sup>b</sup> gariofli tantas, spici tantas, cinnamomi tantas, graninastice tantas, dactylas tantas, pistacias tantas, amandas tantas, cereorum <sup>c</sup> libras tantas, salis tantas, olerum leguminum carra tanta, faculas tantas, itemque victum ad caballorum, feni carra tanta, suffusi modios tantos, hæc B omnia diebus tam ad ambulandum, quam ad nos in Dei nomine revertendum unusquisque vestrum locis consuetudinariis, eisdem ministrare et adimplere procuretis, qualiter nec moram habeant, nec injuriam proferant, si gratiam nostram optatis habere.

## CAPUT XII.

<sup>d</sup> Præceptum donationis.

Si Dominus omnipotens, creator cæli et terræ, permittit in principio masculum et feminam copulæ sociari consortio dicens: *Relinquet homo patrem et matrem suam et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una*; si aliquid pro amore dilectionis inter se invicem donare decreverint, hoc nostra serenitas in idipsis non renuit confirmare. Igitur venientes ille et illa in palatio nostro, pro eo filiorum procreationem C inter se minime habere videntur, omnes res eorum inter se, per manum nostram visi sunt condonasse (si ita convenit) villas aliquas inter se visi sunt condonasse. Dedit igitur prædictus vir ille per manum nostram, jam dictæ conjugi suæ illi, villas nuncupatas illas, sitas in pago illo, quas aut munere regio, ut de alode parentum, vel undecunque ad præsens tenere videtur, cum terris, domibus et cætera. Similiter in compensationem rerum, dedit prædicta femina antedicto jugali suo illi villas nuncupatas illas sitas in pago illo, cum terris et cætera, seu præditiis domus eorum, argento et auro, fabricaturis, <sup>e</sup> drappis, vestimentis vel omni supellectile eorum pars parti per manum nostram visi sunt condonasse. Ita ut dum pariter advixerint in hoc sæculum, omnes

dantur missis vel evocatis a principe, ut cursu publico uti possint, quem alioqui absque diplomate usurpari fas non erat, ascriptis etiam locis et mansionibus, quibus sumptu publico ali debent. Verum Marculfi et Caroli M. temporibus non eo pertinuisse tractorias arbitror, ut cursus publici usum concederent, qui nullus tamen erat, sed ut equi, mansiones, sumptus et viatica missis a principe directis, aut ab eo evocatis, a subditis et provincialibus suppeditarentur, qui mansionaticorum et paratarum oneri tenebantur; qua de re supra, cap. 3. Paratas enim pro speciebus quæ in hac tractoria recensentur, accipio. BIGN.

<sup>a</sup> Humanitas hic pro cibo sumitur. Id.

<sup>b</sup> Baluz., *gariofle*. Lindenbrog., melius, *caryofylli*.

beant possidere, vel si pro animabus eorum aliquid exinde ac loca sanctorum dare decreverint, voluntatis eorum liberum maneat arbitrium: qui pari suo ex ipsis in hoc sæculum superstes exstiterit, ambabus rebus, quandiu advixit usufructuario ordine debeat possidere; et post amborum de hac luce discessum, sicut eorum delegationibus continebitur, tam ad loca sanctorum, quam benemeritis, vel eorum propinquis, debeant reverti hæredibus, tam supra scriptæ villæ, quam et de præsidio eorum quidquid morientes reliquerint. Propterea per præsens præceptum decernimus, et jubemus, ut dum taliter super scriptis illis decrevit voluntas, et per manum nostram invicem condonatum esse dignoscitur, per B hoc præceptum, robustissimo jure suffultum, atque firmatum, quidquid superius continetur (auxiliante Domino, et nostra gratia) debeat perdurare. Ita ut nulla retragatio nec de parte fisci nostri, nec a parentibus eorum propinquis, nec a quocunque possit convelli, sed omni tempore maneat inconvulsum. Quam vero auctoritatem, ut firmior habeatur, vel per tempus conservetur, manu propria subtus eam decrevimus roborari.

## CAPUT XIII.

*Præceptum de læsiwerpo per manum regis.*

Quidquid enim præsentia nostra agitur, vel per manum nostram videtur esse transvulsum, volumus ac jubemus ut maneat in posterum robustissimo jure C firmissimum. Ideo veniens ille fidelis noster, ibi in palatio nostro, in nostra vel procerum nostrorum præsentia, villas nuncupatas illas, sitas in pago illo, sua spontanea voluntate nobis per fistucam visus est <sup>e</sup> werpisse, vel condonasse, in ea ratione si ita convenit, ut dum vixerit sub vestro beneficio debeat possidere, et post suum discessum, sicut ejus adfuit petitio, nos ipsas villas fideli nostro illi plena gratia visi fuimus concessisse. Quapropter per præsens decernimus præceptum, quod perpetualiter manurum esse jubemus, ut dummodo taliter ipsius illius decrevit voluntas, quod ipsas villas in supra scriptis locis nobis voluntario ordine visus est læsowerpisse, vel condonasse; et nos prædicto viro illi ex nostro munere largitatis, sicut ipsius illius decrevit voluntas D concessimus: hoc est tam in terris, domibus, ædifi-

<sup>e</sup> Lindenbr. et Baluz., *cereos librales tantos, caseo libras tantas, salis tantas, olera, legumina*.

<sup>d</sup> Ideo hæc donatio præceptum donationis inscribitur, quod ante regem peracta sit. Possessionis enim solemniter transferendæ duo tum modi: aut in judicio ante comitem et iudices suos, quos scabinos dicebant, aut in regis præsentia in palatio. BIGN.

<sup>e</sup> Drappus, panni genus, cujus hodie nomen retinetur *drap*.

<sup>f</sup> *Læsiwerpus* est alicujus rei traditio, jactata in laisum, id est sinum, festuca. Hodie in jure dimittere, *déguerpir*, dicimus.

<sup>g</sup> Baluz. *leusewerpisse... dum vixerit, eas ex nostro permisso sub usu beneficio*. Ita Lindenbrog., nisi quod habet, *les.werpisse*.



ciis \* accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, ad integram quidquid ibidem ipsius illius portio fuit, dum advixerit absque aliqua deminutione, de qualibet re usufructuario ordine debeat possidere; et post ejus discessum memoratus ille hoc habeat, teneat et possideat, et suis posteris, aut cui voluerit, ad possidendum relinquat. Et ut hæc auctoritas, etc.

## CAPUT XIV.

*Prologi de cessionibus regalibus.*

Merito largitatis nostræ munere sublevantur, qui parentibus nostris, vel nobis, ab adolescentia ætatis eorum instanti famulantur officio. ITEM ALIA. Præcipue compendiis regalibus illud ascribitur, quod pro contemplatione servitutis, fidelibus suis, concedente Domino, consultissime muneratur. ITEM ALIA AD LOCUM SANCTUM. Nihil, ut ait Apostolus, in hoc mundo inutilius, nec quidquam ex eo auferre nobiscum poterimus, nisi quod ob animæ salutem, locis sanctis cum devote Domino offerentes impertire videmur. Ergo <sup>b</sup> cognoscat magnitudo, seu strenuitas vestra, nos illustri viro illi promptissima voluntate, villam nuncupatam illam, sitam in pago illo, cum omni merito ex termino suo, in integritate, sicut ab illo, aut a fisco nostro fuit possessa, vel moderno tempore possidetur, visi fuimus concessisse. Quapropter præsentem auctoritatem nostram decernimus, quam perpetualiter mansuram esse jubemus, ut ipsam villam illam antedictus vir ille, ut diximus, in omni integritate, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, adjacentiis, appendiciis, vel quolibet genere hominum ditioni fisci nostri subditorum, qui ibidem commanent, in integra emunitate, absque ullius introitu iudicum; de quibuslibet causis ad freta exigendum, perpetualiter habeat concessam. Ita ut eam jure proprietario, absque ullius expectata iudicium traditione, habeat, teneat atque possideat, et suis posteris, Domino adjuvante, ex nostra largitate, aut cui voluerit ad possidendum relinquat, vel quidquid exinde facere voluerit, ex nostro permisso in omnibus habeat potestatem. Et ut hæc auctoritas, etc.

## CAPUT XV.

*Cessio ad locum sanctum.*

Cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, nos propter nomen Domini ad basilicam illam, vel ecclesiam illam, ubi apostolicus Pater noster ille, aut venerabilis vir ille abbas, præesse videtur, villam nuncupatam illam, sitam in pago illo, quam usque nunc fiscus noster ille tenuit, promptissima devotione cum omni integritate visi fuimus concessisse. Quapropter præsentem auctoritatem nostram decernimus, quam

\* Accolæ hic sunt coloni seu ascriptitii, qui simul cum prædiis veniebant. BIGN.

<sup>b</sup> Hæc et quæ sequuntur non ad proximam, sed ad primam et secundam præfationem referenda, quæ de donationibus a rege fidelibus suis factis scriptæ sunt. Ib.

<sup>c</sup> Privilegia et cætera ejusmodi a principibus in-

perpetualiter mansuram esse jubemus, ut ipsam villam, memorata Ecclesia illa, vel antedictus pontifex, aut ille abbas, ut diximus, in omni integritate cum terris, et cætera quæ superius sunt, ita ut eam et ipsi successores sui habeant, teneant et possideant, vel quidquid exinde ad profectum ecclesiæ illius aut basilicæ facere voluerint, ex permisso nostro in omnibus habeant potestatem; et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora conservetur, manus nostræ subscriptionibus subtus eam decrevimus roborare.

## CAPUT XVI.

*c Confirmatio.*

Quem divina pietas sublimat ad regnum, concedet facta conservare parentum, præcipue quod pro compendiis ecclesiarum, aut locis sanctorum, a regali clementia pro æterna retributione probatur esse indultum oportet conservare eum. Igitur apostolicus vir, Pater in Christo noster, illius urbis episcopus, clementiæ regni nostri detulit in notitia, quasi ille rex per suam præceptionem, sua manu subscriptam, ad ecclesiam illius, cui præesse dignoscitur, villam nuncupatam illam, sitam in pago illo, cum integritate sua, sub omni emunitate, absque ullo introitu iudicum, de quibuslibet causis ad freta exigendum, propter nomen Domini concessisset; et ipsam præceptionem se præ manibus habere affirmat, et memoratam villam ipse pontifex, sub eodem modo ad partem ecclesiæ possidere videatur, petit ad celsitudinem nostram, ut hoc circa eodem, vel memorata ecclesia domni illius, per nostra debere confirmare oscula. Quod nos propter nomen Dei, et reverentia ipsius sancti loci, vel merito præfati pontificis, grante animo prestitisse, et confirmasse cognoscite. Præcipientes enim, ut sicut constat præfatam villam, a jam dicto principe, memoratæ ecclesiæ illius, cum integritate, sub omni emunitate fuisse concessam; et eam ad præsens possidere videtur, inspecta ipsa cessione, per hoc præceptum plenius in Dei nomine confirmatam, sub eo ordine, et ipse, et successores eorum, vel memorata ecclesia domni illius, illam teneant, et possideant, et eorum successoribus ad possidendum relinquant, vel quidquid exinde pro opportunitate ipsius sancti loci faciendum decreverint, ex nostro permisso liberam habeant potestatem. Et ut hæc auctoritas, etc.

## CAPUT XVII.

*d Confirmatio pro sæcularibus viris.*

Regiam consuetudinem exercemus, et fidelium nostrorum animos adhortamur, si petitionibus nostrorum fidelium libenter annuimus, et eas in Dei nomine effectui mancipamus. Igitur illustris vir ille clementiæ regni nostri suggestit, eo quod ante hos annos

dulta, post illos successorum confirmatione opus habent. BIGN.

<sup>d</sup> Confirmatio est a rege concessa, ejus quod ab anterioribus regibus quibusdam personis ex fisco donatum fuerat, non in beneficium seu feudum (morte quippe accipientis finiebatur), sed in proprium, ut ad successores etiam transiret. Ib.

ille quondam rex parens noster, villam aliquam, nuncupatam, sitam in pago illo, quæ antea ad fiscum suum aspexerat, et ille tenuerat, pro fide sua recta, ejus meritis compellentibus, cum omni integritate, et ipsam villam aspicientem per suam præceptionem, sua manu roboratam, in integra emunitate, absque ullius introitu judicum de quibuslibet causis ad freda exigendum, eidem concessisset. Unde et ipsam præceptionem antedicti principis, nobis ostendit relegandam, et memoratam villam ad præsens sub eodem modo possidere videtur; petiit ut hoc circa eodem nostra plenius deberet auctoritas generaliter confirmare. Cujus petitionem pro respectu fidei suæ, sicut unicuique de fidelibus nostris, justa petentibus, nequivimus denegare, sed gratante animo præstitisse, et confirmasse cognoscite. Præcipientes ergo ut sicut constat antedictam villam illam, cum omni integritate sua, ab ipso principe illo memorato illi fuisse concessam, et eam ad præsens jure proprietario possidetur, per hoc præceptum plenius in Dei nomine confirmatum inspecta ipsa præceptione, et ipse, et posteritas ejus eam teneant et possideant, et cui voluerint ad possidendum relinquunt, vel quidquid exinde facere decreverint, ex nostro permissu libero perfruantur arbitrio. Quam vero auctoritatem, ut firmior habeatur, et per tempora conservetur, propria manu subtus eam decrevimus roborare.

## CAPUT XVIII.

*De regis a antrusione.*

Rectum est, qui nobis fidem pollicentur illæsam, nostro tueantur auxilio. Et quia ille fidelis, Deo propitio, noster, veniens ibi, in palatio nostro, una cum a rimania sua in manu nostra trustem et fidelitatem nobis visus est conjurasse, propterea per præsens præceptum decernimus ac jubemus ut deinceps memoratus ille in numero antrusionum computetur. Et si quis forte se eum interficere præsumperit, noverit se a virgildo suo sol. l. c. esse culpabilem judicetur.

\* Ex hac formula apparet antrusionem dici fidem regis, qui se fidem ei servaturum juramento sponndit, quod et nomen indicat. Fidem enim *truw* hodie quoque Germani vocant, ut et apud Aventinum, in Glossario, *drou* et *draw*, quæ nonnisi pronuntiatione differunt. Bign.

<sup>b</sup> *Arimania*, id est, familia, inde *megnie*. Sane eo nomine servorum seu colonorum speciem significari, multis ex instrumentis man festum. Io.

<sup>c</sup> Manibus datis more Francico fidelitas promittebatur. Io.

<sup>d</sup> *Virgildus* tum vocabatur pecunia quæ pro homicidio aut alio delicto defuncti hæredibus et propinquis solvebatur: fredum vero quidquid ex eadem causa fiscus capiebat. Nam apud Germanos veteres certa pecuniæ summa delicta æstimabantur, neque homicidium morte sui lex erat. Io.

<sup>e</sup> Præceptum de clericatu hic dicitur regis epistola, qua licentiam alicui concedit ut clericus fieri possit. Nam absque principis consensu clericos ordinari mos non erat. Bign.

<sup>f</sup> *Baluz. poleptico. Pithæus, polyptico. Ex puletico*

## CAPUT XIX.

*Præceptum de clericatu.*

Si eis qui se ad onus clericatus transferre deliberant, licentiam non negamus, retributorem Dominum exinde habere confidimus, *Noli prohibere benefacere ei qui potest, si valeas et ipse benefac.* Ille aut nostram veniens præsentiam, petiit serenitati nostræ, ut ei licentiam tribuere deberemus quæ iter comam capitis sui ad onus clericatus deponere deberet, et ad basilicam illam aut monasterium deservire deberet. Quod nos propter nomen Domini hoc eidem gratante animo præstitisse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus, ut si memoratus ille de capite suo bene ingenuus esse videtur, et a puletico publico census non est, licentiam habeat comam capitis sui tonsurare, et ad supra scriptam basilicam, vel monasterium deservire, vel pro nobis Domini misericordiam attentius exorare.

## CAPUT XX

*e divisione ubi regis ac esserit missus.*

Dum et divisio, vel exæquatio, inter illum et illum, seu consortes eorum, de alode sui, aut de agro illo celebrari debet; et quatenus petitio illorum adfuit, ut missus de palatio nostro ad hoc inter eos dividendum, vel exæquandum accedere deberet. Ideo cognoscite quod nos missum nostrum illustrem virum illum ad hoc inter eos exæquandum visi fuimus direxisse. Propterea per præsens decernimus præceptum ut ipsum in hoc vos recipere faciatis, et unicuique ex ipsis juste debita portio terminetur, et decima illius sumptus litis, quod exinde in ficiationibus, tam de terra, vineis, mancipiis, vel undecunque re debetur, ipse vir ille habeat ex nostra indulgentia concessum, vel quidquid exinde facere voluerit liberam habeat potestatem.

## CAPUT XXI.

*De causis alterius recipiendis.*

Fidelis Deo propitio ille, ad nostram veniens præsentiam, suggestit nobis, eo quod, propter simplicitatem suam, causas suas minime possit prosequi, vel admallare, a cementia regni nostri petiit, ut illustris vir ille omnes causas suas in vice ipsius, tam in pago, quam in palatio nostro, admallandum pro-

factum est Galicum, *poulier*.

<sup>a</sup> Familiæ erciseunde iudicii formula est, qua res dividendæ hæreditatis causa ad petitionem partium missum suum delegat. Bign.

<sup>b</sup> Sententia est, regem decimam illius litis, sumptuum seu expensarum nomine fisco suo quacunque de causa debitum, alicui donare et concedere. Decimam igitur litis apud Francos receptam fuisse probat hæc formula, quæ a Romanis accepta in tantum invaluit, ut non aliæ litium expensæ multis sæculis in usu fuerint præter decimam rei in iudicium deductæ, et pecuniariam multam, quam emendam dicebant. Io.

<sup>c</sup> Vetustissimo Romano jure non licebat per procuratorem agere: sed postea receptum est in plerisque causis per procuratores etiam experiri. Apud Francos vero illud non licuisse citra principis receptum, docet hæc formula, qua conceditur ut quidam, qui propter simplicitatem rebus suis superesse non potest, per alterum possit agere. Io.

<sup>d</sup> Eadem ratione et ecclesiarum advocati seu defensores a principe petebantur. Io.

quendamque recipere deberet, quod in præsentem per A  
 fistulam eas eidem visus est commendasse. Propterea  
 jubemus ut dum taliter utriusque decrevit voluntas,  
 memoratus ille vir omnes causas <sup>a</sup> sui, ubicunque  
 prosequi vel admallare deberet, ut unicuique pro  
 ipso, vel hominibus suis, reputatis conditionibus, et  
<sup>b</sup> directum faciat, et ab aliis <sup>c</sup> similiter in veritate  
 recipiat. Sic tamen quandiu amborum decrevit vo-  
 luntas.

CAPUT XXII.

<sup>d</sup> *Præceptum denariale.*

Et quia apostolicus, aut illustris vir ille servum  
 suum nomine illum, per manum illius ad nostram  
 præsentiam <sup>e</sup> jactante denario secundum legem <sup>f</sup> Sa-  
 llicam dimisit ingenuum, ejus quoque absolutionem  
 per præsentem auctoritatem firmamus; præcipientes  
 enim ut sicut et reliqui <sup>g</sup> mansoarii, qui per talem  
 titulum a jugo servitutis in præsentia principum  
 noscuntur esse relaxati ingenui, ita et a modo me-  
 moratus ille per nostrum præceptum plenius in Dei  
 nomine confirmatum nullo inquietante, perennique  
 temporibus, cum Dei et nostra gratia valeat perma-  
 nere bene ingenuus atque securus.

CAPUT XXIII.

*Charta <sup>b</sup> de causa suspensa.*

Cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, dum et  
 nos ad præsens apostolicum virum, aut illustrem  
 virum pro nostris utilitatibus, ibi ambulare præce-  
 pinus, ideo jubemus ut dum illis partibus fuerit  
 memoratus, omnes causæ suæ, suorumque amicorum,  
 aut <sup>a</sup> gasindorum, seu undecunque ipsi legitimo  
 redibit mittio, in suspenso debeant residere. Propterea  
 per præsens decernimus ac jubemus præceptum, ut  
 interim quod de illis partibus revertitur, omnes  
 causæ ejus, aut amicorum suorum, tam illorum qui  
 eum illo pergunt, quam qui ad propria eorum resi-  
 dent, vel undecunque ipse legitimo redibit mittio,  
 in suspenso resideant, et postea unicuique pro ipsis  
 de reputatis conditionibus, et justitiam reddat, et ab  
 aliis simili modo recipiat.

<sup>a</sup> *Lui* corrupte pro *illius* infinitis locis occurrit, in-  
 deque dictio nostra *lui*, eodem omnino sensu : quod  
 semel adnotasse sufficiat. BIGN.

<sup>b</sup> *Directum*. Nostrum, *droit*. Id.

<sup>c</sup> Lindenbrog. et Baluz., *simili modo veritatem*.

<sup>d</sup> Manumissio hæc est per denarium præsentem rege  
 facta. Multis quippe modis apud veteres Francos ma-  
 numissio procedebat : aut ante regem per denarium,  
 cæus hic editur formula, aut in ecclesia per char-  
 tam seu tabulam, aut etiam per epistolam privatam,  
 quarum formulas lib. II et inter veteres alias videre  
 est. Inde libertorum alii denariales, alii chartularii,  
 et tabularii. BIGN.

<sup>e</sup> *Jactante*, pro *jactato*. Igitur excohibebatur num-  
 us de manu ipsius servi qui manumittebatur ; qui  
 minus vel argenteus vel aureus erat, nullo prorsus  
 crimine. Id.

Vide legem Sal., tit. XXVIII, leg. 2.

<sup>f</sup> *Mansoarii*, seu mansuarii, hic dicuntur qui aliis  
 ventis, sive commensuris ; et villici, *παροικονάρχαι*,  
 et, seu mansarii, coloni denique. Id.

CAPUT XXIV.

*Charta de <sup>k</sup> Mundeburde regis et princi,*

Rectum est ut regalis potestas illius tu  
 impertuat, quorum necessitas comprobatur.  
 cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, qui  
 apostolicum, et venerabilem illum episcopum  
 abbatem Ecclesiæ, vel monasterii, in honore  
 sancti constructi, cum omnibus rebus vel homi-  
 aut gasindis, vel amicis, seu undecunque ipse  
 timo redibit mittio, juxta ejus petitionem, pri-  
 malorum hominum illius infestationes, sub  
 monem tuitionis nostræ visi fuimus recepisse, ut  
 Mundeburde vel defensione illustris viri illius ma-  
 ris domus nostri, cum omnibus rebus præfatis  
 clesie aut monasterii, quietus debeat residere,  
 sub ipso viro illo, illustris vir ille, causas ipsius po-  
 titivis, aut abbatibus, vel ecclesiæ aut monasterii, v-  
 qui per eum sperare videntur, vel undecunque legi-  
 timo reddibit mittio, tantum in palatio nostro, æqu-  
 deberet. Propterea per præsens decernimus ac ju-  
 bemus præceptum, ut memoratus pontifex, aut abbas  
 sub nostro sermone, et Mundeburde antedicti viri  
 quietus resideat ; et nec vos, nec juniores, aut suc-  
 cessores vestri, vel quislibet eum de inquisitis occa-  
 sionibus injuriare, nec inquietare præsumatis. Et si  
 aliquæ causæ adversus eum, vel suo mittio surrexe-  
 rint, quæ in pago absque ejus gravi dispendio defi-  
 nitæ non fuerint, in nostri præsentia reserventur.  
 Quam præceptionem, ut firmior habeatur, propria  
 manu subscripsimus.

CAPUT XXV.

*Prologus <sup>l</sup> de regis judicio, cum de magna re duo cau-  
 santur simul.*

Cui Dominus regendi curam committit, cunctorum  
 jurgia diligenti examinatione eum rimari oportet, ut  
 juxta propositionum alloquia, inter alterutrum  
 salubris donetur sententia. Quo fiat, ut et nodos  
 causarum vivaçis mentis acumen coerceat, et ubi  
 præluet justitia, illuc gressum deliberationis impo-  
 nat. Ergo nos in Dei nomine, ibi in palatio nostro,  
 ad universorum causas recto judicio terminandas,  
 una cum domnis et patribus nostris <sup>m</sup> episcopis, vel  
 cum pluribus optimatibus nostris illis, patribus illis,

<sup>k</sup> Ut dum reipublicæ causa quis abest, lites et ne-  
 gotia adversus eum conquiescant. Id.

<sup>l</sup> Gasindos pro servis aut fidelibus accipio, qui  
 dominis suis perpetuo adherent, eisque jugiter mi-  
 nistrant. Id.

<sup>m</sup> Baluz., *veritatem per ipiat*. Ita Lindenbrogius.

<sup>n</sup> Mundeburdium Germanis scriptoribus tutela est  
 seu defensio et tuitio. BIGN.

<sup>o</sup> Reges nostrosolim proprio orejus dixisse notum  
 est, episcopis et proceribus assidentibus, præsertim  
 de majoribus causis, et inter episcopos, abbates et co-  
 mites et potentiores personas. Verum ex his quedam  
 a rege ipso judicabantur dum jus dicebat ; quasdam  
 vero comes palatii vice regis, episcopis etiam pro-  
 ceribus assidentibus, finiebat ; et nihilominus regis  
 nomine judicata inscripta erant, atque si ipse judi-  
 casset. Id.

<sup>p</sup> Baluz., *juxta propositiones vel responsiones allo-  
 quia*. Lindenbrog., *juxta propositiones vel responsio-  
 nes aliqua*.

<sup>q</sup> Episcopi in judiciis regis assidebant, ut etiam

referendariis illis, <sup>a</sup> domesticis <sup>b</sup> illis, vel <sup>c</sup> seniscalcis <sup>d</sup> cubiculariis, et illo <sup>e</sup> comite palatii, vel reliquis quampluribus nostris fidelibus resideremus; ibique veniens ille illum interpellavit, cum diceret, etc.

## CAPUT XXVI.

<sup>f</sup> *Indiculus commonitorius ad episcopum.*

Domino sancto et apostolica sede colendo, domno et in Christo Patri illo episcopo, ille rex. Fidelis Deo propitio noster ille ad presentiam nostram veniens, suggestit nobis, eo quod villam aliquam nuncupatam illam, quæ ad eundem de parte illius pervenire debuerat, <sup>g</sup> post vos retineatis indebite, et nullam justitiam vobiscum <sup>h</sup> possit consequi. Propterea presentem indiculum ad coronam beatitudinis vestræ direximus, ut et pro nobis orare debeatis, et si taliter agetur antedictum illum de suprascripta villa legibus <sup>i</sup> revestire faciatis. Certe si nolueritis, et aliquid contra hoc habueritis, quod opponere, vosmetipsi per hunc indiculum communiti, aut missus in persona vestra instructus, nunc ad nostram veniat presentiam, ipsi sui ad hoc dandum responsum.

## CAPUT XXVII.

*Item indiculus ad episcopum pro aliis astringendis.*

Domino sancto et apostolico, domno et Patri illi episcopo, ille rex. Ille veniens ad presentiam nostram suggestit, quasi abbas vester, aut clericus, vel homo vester ille, eidem servo suo per fortiam tulisse, vel post se retineat injuste, et nullam justitiam cum

notavit Tillius, qui recte curiæ seu parlamenti originem hinc deduct, illudque ita durasse putat usque ad Philippi VI Vallesii tempora, qui amplissimum Parisiensem senatum a comitatu et consistorio principis separatum, edicto constituit. BIGN.

<sup>a</sup> Referendarios Romani habuerunt, qui supplicum desideria principi referrent, simulque ejus iussiones et responsa exponerent. Apud Francos vero diversum quodammodo munus erat; annulum namque principis referendarium tenuisse Gregorius Turon. ostendit lib. v, cap. 3; subscriptionem etiam regis litteris apposuisse idem testatur lib. x, cap. 19, ut referendarium summi cancellarii munus sustinisse apud Gregorium dubitari non possit. Id.

<sup>b</sup> Domesticorum dignitas fuit non contemnenda sub prima et secunda regum nostrorum familia. Nam inter præcipuos regni ministros sæpe enumerantur. Illic inter ministros et officiales qui regi assiderent recensentur. Quod autem proprium eorum munus fuerit, non satis constat. Expensas regi ac placita proficiscenti suppeditasse, et necessaria quæque præparasse domesticos apparet ex Gregorio Turon., lib. ix, cap. 23. Ex Marculfi formula 52, lib. ii, planum est eos villis fiscalibus et feudis dominicis præfuisse, et omnes redditus curasse. Hæc ex Bignonio.

BOUQUET.

<sup>c</sup> Annales Fuldenses, sub an. 856: « Carlus per Autulfum senescallum, misso exercitu, Britones domuit. » Idem Autulfus in Continuat. Aimoini, lib. iv, cap. 78, regis mensæ præpositus dicitur, eundemque Regino Prumiensis principem coquorum vocat, quo etiam officio functos sub tertia regum familia ex vetustissimis vernaculis carminibus observat Falsetus, Origin. lib. i, cap. 40, ut et plures existisse: majorem vero dapiferum tunc dictum, etiam vexillum regium in acie detulisse. BIGN.

<sup>d</sup> Gregorius Turon., lib. vii, cap. 21, Eberulfum subicularium Chilperici regis refert a Fredegunde

A eo lem ex hoc consequi possit. Propterea presentem indiculum ad sanctitatem vestram direximus, per quem petimus, ut et pro nobis orare dignemini, et si taliter agetur, ipsum abbatem vestrum, aut clericum, presentatiter constringatis, qualiter si ita agetur hanc causam contra jam dictum illum legibus studeat emendare. Certe si noluerit, et aliquid contra hoc habuerit quod opponere, ipsum illum per fidejussores positos, tunc ad nostram dirigere studeatis presentiam.

## CAPUT XXVIII.

<sup>i</sup> *Charta audientialis.*

<sup>k</sup> Ille rex viro illi illustri illi comiti. Fidelis Domino propitio noster ille, ad presentiam nostram veniens, clementiæ regni nostri suggestit, eo quod <sup>l</sup> pagensis vester ille, eidem terram suam in loco nuncupante illo, <sup>m</sup> per fortiam tulisset, et post se retineat injuste, et nullam justitiam ex hoc apud ipsum consequi possit: propterea ordinationem presentem ad vos direximus, per quam omnino jubemus ut ipsum illum taliter constringatis, qualiter si ita agetur, hanc causam contra jam dictum illum legibus studeat emendare. Certe si noluerit, et ante vos recte non finitur, memoratum illum, tultis fidejussoribus, Kalendis illis, ad nostram eum cum omnimodis dirigere studeatis presentiam.

## CAPUT XXIX.

*Indiculus ad laicum.*

<sup>n</sup> Ille rex vir illuster, illi fidei nostro: ad præsen-

C accusatum quod is principem occidisset, thesaurosque expilasset. Unde etiam apparet thesaurorum curam ad cubicularium pertinuisse. Idem, lib. x, cap. 10, Chundonem Gnatchranni regis cubicularium nominat. Flures fuisse ex hac formula et aliis locis manifestum est. Unus vero ceteris præpositus fuit, de quo etiam suprascripti loci Gregorii accipiendi sunt. Id.

<sup>o</sup> In quo versaretur comitum officium, plene tradit Hincmarus epist. 3, cap. 21, in finiendis scilicet controversiis quæ ad palatium deferbantur, et ut si quid in legibus emendandum esset principi exponerent, et accepto responso emendarent. Id.

<sup>p</sup> Regiæ sunt litteræ, quibus episcopus ante regem in jus vocatur. Id.

<sup>q</sup> Nostris veteribus scriptoribus *retenire riere soy*, penes se. Id.

<sup>r</sup> Baluz., *ob hoc possit consequere.*

<sup>s</sup> Id est, ejus rei quam abstulisti possessionem ei restituas, iterumque eum vestias secundum formam legis qua ipse vivit. BIGN.

<sup>t</sup> Regia est epistola, qua ad comitem scribit ut quemdam, qui ejus jurisdictioni suppositus est, judicium accipere, et judicatum facere cogat, aut si nolit, fidejussorem det ad regis judicium sistendi causa. Inde dictam *audientialem* puto, quod per eam quis ad principis audientiam vocetur. Id.

<sup>u</sup> Baluz., *Ille rex vir inluster illo comite. Lindenbr., Vir inluster illi comiti.*

<sup>v</sup> Pagi appellatio late patet: neque enim vicus tantum hoc nomine dicitur, sed et provincia, aut saltem non exigua pars provinciæ. Quod Gallica lingua retinuit, *pays* namque dicimus. BIGN.

<sup>w</sup> Hoc est, per vim abstulisset. Unde nostris *par force* infra, *tultis*, id est ablati. In se vetustis Francis *solrir*; et *maletotte* pro tributo. Id.

<sup>x</sup> Baluz. et Lindenbrog. *Vir inluster illo. Fidelis noster illo.*

tiam nostram veniens nobis suggerit, quasi vos nulla manente causa, in via <sup>a</sup> adsallissetis, et graviter livorassetis, et <sup>b</sup> raupta sua in solidos tantos eidem tulissetis, vel post vos retineatis indebite, et nullam justitiam et hoc apud vos consequi posse. Propterea præsentem indiculum ad vos direximus, per quem omnino jubemus, ut si taliter agitur, de præsentem hoc contra jam dictum illum legibus studeatis emendare. Certe si nolueritis, et aliquid contra hoc habueritis quod opponere, non aliter fiat nisi vosmetipsi per hunc indiculum communiti, Kalendaris illis proximis ad nostram veniatis præsentiam, eidem ab hoc integrum et legale dare responsum.

## CAPUT XXX.

*Commutatio cum rege.*

<sup>e</sup> Ille rex illi regi. <sup>d</sup> Nihil sibi quisque cernitur minuendo, quiddam e contra recipitur in augmento. Dum inter nos et illustrem virum illum unanimiter convenit, ut loca aliqua inter nos commutare deberemus, nos dedimus ei locellum nuncupantem illum in pago illo, cum <sup>e</sup> colonicis illis, vel omnibus adjacentiis eorum, et merito suo, tam domibus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, vel reliquis quibuscunque beneficiis, quocunque ille, vel fiscus noster, in ipsis locis tenuisse noscitur: et ipse hæc contra dedit nobis omnem portionem suam, quam in villa illa, in pago illo, habuisse visus est, cum itemque domibus, mancipiis, vineis, silvis, vel reliquis quibuscunque beneficiis, quæcunque ibidem habuit, <sup>f</sup> et nos pro animæ nostræ remedio ibi dedimus. Quapropter hoc præceptum commodum commutationis ipsius, vere fieri decrevimus, ut a præsentem die ipsa locella cum omnibus superius scriptis, vel omni integritate sua, quiddam, ut diximus, ille vel fiscus noster ibidem tenuit, ipse ille hoc habeat, teneat, atque possideat, et suis posteris ad possidendum relinquat, vel quiddam exinde facere voluerit, ex nostra commutatione liberam habeat potestatem: et unaquæque pars quod in concambio bonæ pacis placuit accepisse, exinde per tempora debeat, Deo permitte, gratulari. Et ut hæc præceptio, etc.

## CAPUT XXXI.

*Confirmatio regis de omni corpore facultatis.*

Merito regalis clementia in illos collata munera vel proprietates parentum nostrorum confirmare

<sup>a</sup> *Adsallire*, hic est adoriri, appetere, impetum facere, aggredi: unde nostris *assallit*. *Livorare* est ulcerare, contundere, livores facere. *Bicn.*

<sup>b</sup> *Baluz. Ruaba*, id est veste, nostris *robe*.

<sup>c</sup> Hoc capite multa reperias quæ inscriptioni non conveniunt. *Bicn.*

<sup>d</sup> *Lindenbrog.*, nemo sibi quiddam cernitur minere.

<sup>e</sup> *Colonica* est villa seu villula cum modo agri, quantum colonus unus colere potest, nec admodum manso distat, adeo ut mansus et colonia aliquando romische dicantur. *Bicn.*

<sup>f</sup> Satis aperte declarant hæc verba, ad commutationem cum ecclesia aut monasterio factam hanc causulam pertinere. Porro commutationes de rebus ecclesiasticis, ut et ceteræ omnes alienationes, synodis et constitutionibus prohibitas fuisse constat. *lb.*

A deliberat, quos cognoscit anterioribus regibus, parentibus nostris, vel nobis fidem integram conservasse illasam. Idcirco illuster; vir ille, chartas præcedentium regum nobis protulit recensendas, qualiter parentibus suis loca aliqua fuerunt concessa; petiit ut eum de omni corpore facultatis suæ, tam quod regio munere, ipse vel parentes sui, promeruerunt, quam quod per venditionis, cessionis, donationis, communicationisque titulum ad præsens juste et rationabiliter est acquisitum, et ad præsens possidere videtur, per nostrum in ipso deberemus generaliter confirmare præceptum. Quod nos pro divino intuitu, vel ejus meritis compellentibus, integra devotione magnitudo vestra præstitisse cognoscat. Præcipientes enim ut quiddam ex successione parentum, vel ejus voluntate, tam munere regio, vel per quælibet instrumenta chartarum ad eundem juste pervenit, tam in villabus, mancipiis, ædificiis, accolabus, auro, argento, speciebus, ornamentis, mobili aut immobili, aut quocunque in quibuslibet rebus, per instrumenta chartarum, tempore præsentem cum rationis ordine dominare videtur, per hanc auctoritatem firmatum cum Dei et nostra gratia, in integritate hoc valeat possidere, et suis posteris, auctore Domino, derelinquere. Et ut hæc auctoritas, etc.

## CAPUT XXXII.

<sup>g</sup> *Si aliquis contra regis voluntatem egerit, securitas cui eum persequi jusserit.*

Qui regis obtemperant jussioni, experiri malum in posterum a quolibet non debent. Igitur cum et ille cum reliquis <sup>h</sup> paribus suis, qui eum secuti fuerint, facientem <sup>i</sup> revello illum interfecit, aut quælibet alias causas contra regem commisit, vel de regno nostro se transtulit, quod nobis satis fuit molestum, et una cum consilio fidelium nostrorum, omnes res ejus sub fisci titulum illustribus viris illis præcipimus revocare, quia si se non distulisset, non solum res perdere, sed pro tali revello in vita ordinavimus insequi. Propterea præsentem præceptionem dedimus, ut dum prædicti viri illi, vel reliqui pares aut gasindi, non ex sua præsumptione, nisi per nostram ordinationem, una cum consilio seniorum fidelium nostrorum, ipsas res sub fisco nostro positas habuerint, et nostris ditionibus ubi jussimus, vel reliquarum qui cum eodem <sup>j</sup> mixti fuerunt, nec

<sup>g</sup> Hac formula princeps securitatem tribuit ei qui jussu ejus aliquem sibi adversarium aut infidelem occidit vel expulit, resque illius in fiscum redegit: quem ab omni injuria tutum et innoxium esse jubet, vetatque ne propinquis et amicis illius eo nomine aut armis aut judicio eum persequi liceat. *lb.*

<sup>h</sup> *Pares* sunt socii æquales. *lb.*

<sup>i</sup> Ita mss. *Legendum vero rebellem vel rebellionem.* Sed nihil mutandum; nam more sæculi loquitur de eo qui principi rebellis et infidelis existit. *lb.* *Baluz. faciente rebello illo.*

<sup>j</sup> *Baluzius: Mixti fuerunt, ex hoc comprehensum adduxerunt; ideo jubemus ut dum per nostra ordinatione factum est, nullo unquam tempore nec a jam dicto illo, nec qui cum eo mixti fuerunt, nec a habentes eorum exinde qualibet calumnia aut repetitione ulla habere penitus non debeant, sed tam ipse ille.*

hæredes eorum exinde quamlibet <sup>a</sup> calumniam aut repetitionem ullam habere penitus non debeant, sed tam ipsi illi, quam pares, gasindi vel amici, quidquid de rebus prædicti illius erat, et ablatum fuit, dum per ejus culpas, et nostra ordinatione factum est, omni tempore exinde deducti et absoluti permaneant, et, ut diximus, calumniam aut repetitionem, vel damnitatem, quandoquidem exinde suprascripti viri vel fideles nostri non pertimescant habere. Et ut hæc præceptio, etc.

#### CAPUT XXXIII.

<sup>b</sup> *Præscriptum quorum ab hostibus vel alio modo fuerint instrumenta incensa.*

A regali necesse est releventur clementia qui damnitatem ab hostibus vel passi sunt violentiam. Igitur fidelis Deo propitio noster ille clementiæ regni nostri suggestit eo quod ante hos annos, aut anno superiori, exercitus noster, aut illius regis, domus suas incendio cremasset, vel res suæ quamplures una cum instrumentis chartarum, tam per quod regio munere perceperat, quam et quod per venditionis, donationis, cessionis, commutationis titulum, vel de alode parentum in quocunque loco in regno nostro aliquid possidebat, ibidem concrematae fuissent. Unde relationem honorum hominum manibus roboratam, qualiter ipsis ita cognitum sit, suggestit nobis, et protulit recensendam : et omnes res suas unde ipsa instrumenta perierant, absque ullius inquietudine, sicut et antea fecit quietus possidere videtur. Sed pro firmitatis studio petiit memoratus ille, ut per nostram auctoritatem omnes res suas, tam quod regio munere, quam quod per venditionis, cessionis, commutationisque titulum, vel reliquam alodem, ad præsens cum æquitatis ordine quietus possedit, deinceps in jure et dominatione ejus confirmare deberemus. Cujus petitioni gratante animo præstitisse, vel confirmasse cognoscite. Præcipientes ergo jubemus ut quidquid memoratus ille tam in terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, aquis aquarumve decursibus, vel reliquis quibuscunque beneficiis (quod per relationem supra scriptorum virorum cognovimus) justitia rationabiliter usque nunc ubicunque in regno nostro possidere videtur, dum ejus instrumenta cremata esse cognovimus, per hoc præceptum plenius in Dei nomine circa eum suffultum atque firmatum, absque ullius inquietudine vel refragatione teneat et possideat, et suis posteris, aut cui voluerit in Dei nomine ad possidendum relinquat. Quam vero auctoritatem perpetuis temporibus vallituram propria manu subter roborare decrevimus.

#### CAPUT XXXIV.

*Relatio pagensium ad regem directa.*

Suggestendo piissimo atque præcellentissimo domino

<sup>a</sup> Calumniam, id est actionem. *RICH.*

<sup>b</sup> Certi juris est, instrumentis igne vel naufragio consumptis, hostium incursum vel alio casu perditis, nullum ex ea re domino præjudicium fieri, modo tamen de ejus dominio, debito aut alio jure, sufficiens sit alia probatio. *Id.*

illi regi et majori domus illius, a servis vestris pagensibus illis, quorum subscriptiones vel signacula subter tenentur inserta. Principalitatis vestræ circumspecta clementia, novit justa petentibus dignanter annuere, et necessitatem patientibus subvenire clementer. Pene omnibus patet regionem nostram ab hostibus depopulatam esse, et domus multorum igne crematas, vel rebus ablatas. Inter quos servus vester ille non modicum ibidem peressus est damnum, et de rebus suis dispendium vel omnia instrumenta chartarum, quæ ipse vel parentes sui habuerunt, tam quod et munificentia regum possedit, quam quod per venditionis, cessionis, donationis commutationisque titulum habuit, una cum domo sua incendio concremata esse noscuntur, unde nostras parvitates petiit, quod veraciter exinde cognovimus, per hanc nostram suggestionem vestræ innotescere clementiæ, quod et facere servi vestri decrevimus. Vestra pietas jubeat quod usque modo in regno vestro quietus possedit, circa eodem per vestro munere præceptum ut inantea valeat, dum sua perdidit instrumenta, possidere quietus et securus. Nos servi vestri quod exinde veracius scimus, innotescere præsumpsimus; vestrum est necessitatem patientibus subvenire.

#### CAPUT XXXV.

*Confirmatio de omni corpore facultatis monasterii.*

<sup>c</sup> Ille rex illi patricio atque omnibus agentibus. Rectum esse censemus ut petitiones sacerdotum quas ad profectum pertinent locorum sanctorum, ad effectum Christo præside perducamus. Igitur venerabilis vir ille sancti monasterii abbas, gloriæ regni nostri petiit ut dum ipsum sanctum monasterium de collatione parentum nostrorum, Deo adjutore, videtur esse constructum, nos omne corpus facultatis ejus, tam quod antecessores abbates ibidem laboraverunt, vel ille domnus abbas, qui ibidem fuisse dignoscitur de re monasterii ibidem visus est augmentasse aut comparasse, quod ab ipso sancto loco moderno tempore possidetur per nostrum deberemus generaliter confirmare præceptum. Quod nos pro divino respectu vel mercedis nostræ augmentum præstitisse, vestra non dubitet magnitudo, etiam et privilegium ipsius monasterii quod institutionem sedis apostolicæ seu reliquorum episcoporum visi sunt meruisse, et per auctoritatem domni illius, seu a reliquis successoribus parentibus nostris adumbratum fuisse dignoscitur, juxta quod etiam per priorem præceptionem nostram erga se perhibentes se munitum, propriam stabilitatem decrevimus roborare. Præcipientes ergo ut omnes facultates ipsius monasterii quidquid aut regia collatione, aut privatorum munere, vel antecessoribus abbatibus, seu et a domino lui ibidem est legaliter acquisitum aut comparatum,

<sup>c</sup> Ex Gregorio Turon. multis locis liquet sub Guntchramno rege *patricios* fuisse qui Rhodano finitimas provincias regerunt, et exercitus ducerent, eamque dignitatem *patriciatu honorem et patriciatu* *ca'men* vocat. *Id.*

Imo de quibuscunque rebus recte <sup>a</sup> attractum, quod-  
cunque dominatio ipsius sancti loci undique moder-  
no tempore in villabus, domibus, mancipiis, vineis,  
silvis, pratis, pascuis, aut quibuslibet beneficiis,  
cernitur eum æquitate ordine possidere, per hanc  
auctoritatem suffultum, absque cujuslibet illicitis  
controversiis, mihi tamen presenti quam futuro tem-  
pore, Christo præuale, proficiat in augmentum; ad-  
jicientes ut et privilegium tam de abbatum ingressu  
ipsa congregatio, postquam alius migraverit ex se  
institueno, quam et de reliquis omnibus quæ per  
institutionem pontificum, de tempore illo usque nunc  
ipsam monasterium habuit concessa, et usque hactenus  
conservata, vel per decessores reges circa se  
firmata: ita et inantea rescatis quarumcunque su-  
perfluis inquietudinibus sub eo ordine valeant in  
nostro sermone, auxiliante Domino, per tempora  
permanere. Et vos et successores vestri, ubi neces-  
sitas fuerit, in conditionibus ipsius monasterii pro  
salute nostra crebrius exorare, et vobis ob hoc ad  
gratiam nostram debeat pertinere. Et ut hæc præ-  
ceptio firma stabilitate subsistat, propria manu infra  
decrevimus roborare.

## CAPUT XXXVI.

<sup>b</sup> *Ut causas auctorum assumendi suorum aliquis li-  
centiam habeat.*

Malorum necesse est tergiversationem regali  
coercere censura. Igitur apostolicus vir ille, illius  
urbis episcopus, aut venerabilis ille abbas, aut Deo  
sacrata illa abbatissa, de monasterio illo, vel qui-  
libet fidelium dominorum, missa petitione, aut ipse  
nobis innotuit, eo quod a diversis hominibus eorum  
spontanea voluntate, tam ipse quam antecessores  
eorum, data pecunia, infra regnum vestrum [Al.,  
nostrum] plurima in terris, aut mancipia comparas-  
sent, vel reliqui homines ad ipsam ecclesiam vel mo-  
nasterium, pro animæ eorum remedio, nonnulla per  
eorum instrumenta delegassent; et hoc ad præsens  
eum æquitate ordine possidere videntur; petiit ut

<sup>a</sup> *Attractum, id est, acquisitum et comparatum. BIGN.*

<sup>b</sup> *Ut quis jure auctoris sui uti possit, jus commu-  
ne id præstare videtur: tamen id confirmandi et  
tollendæ dubitationis causa, litteras quoque princi-  
pali impetratas fuisse docet hæc formula; quibus a  
principe episcopo vel abbati conceditur, sive etiam  
alteri, qui res ab aliis emerant, quorum auctores  
sine hæredibus decesserant, ut auctorum suorum  
defensionibus uti, imo et easdem instituere actio-  
nes et exercere possent. Id.*

<sup>c</sup> *Id est, quacunque occasione aut artificio. Id.*

<sup>d</sup> *Lindenbrog, et Baluzius, ipsam rem.*

<sup>e</sup> *Lindenbrogius, seu per annos.*

<sup>f</sup> *Hæc videntur corrupta. Verum commode referri  
possunt ad continuationem possessionis, hoc est ut  
tempora possessionis auctorum cum eorum posses-  
sione continuantur et conjungantur. BIGN.*

<sup>g</sup> *Evinditale, hoc est, declaratorium, quo rex no-  
tum et evidens facit quemdam in palatio die dicta ju-  
dicio stetitisse, adversarium vero vadimonium de-  
servisse. Ideoque comiti mandat ut contra absentem,  
qui per triduum expectatus non venit, sententiam  
proferat secundum consuetudinem loci, eundemque  
ad parendum compellat. Id.*

<sup>h</sup> *Id est, quæ tot solidis æstimabatur. Id.*

pro tempore futuro, vel majorum hominum injurias  
coercendo, dum plures benefactores vel venditores  
pro clade quæ grassatur in populo, vel completo  
fine naturæ, absque hæredibus de hac luce disces-  
serunt: <sup>e</sup> si aliquis per quodlibet ingenium de ipsis  
rebus eum inquietare voluerit, licentiam haberet in  
vice auctorum suorum ipse vel advocatus suus eo-  
rum causas assumere. Quod nos propter nomen Dei  
et reverentiam ipsius sancti loci præstitisse cõgno-  
scite. Præcipientes ergo jubemus ut memoratus pon-  
tifex aut abbas, vel abbatissa, vel advocatus ejus,  
in vice auctorum suorum, causas ipsius licentiam  
habeat assumendi; vel homollandi, et per eorum  
instrumenta aut de annis <sup>d</sup> ipsius rei, unde tunc a  
quibuslibet inquietari videbuntur, partibus ecclesie  
vel monasterii sui, cum æquitate ordine respon-  
dendi, vel homollandi, <sup>e</sup> super annis <sup>f</sup> contra quem-  
cunque sancienti.

## CAPUT XXXVII.

*Judicium s evinditale.*

Veniens ille in nostri vel procerum nostrorum  
præsentia, suggestit quasi homo nomine ille pagensis  
vester, eum in villa nulla manente causa adsalisset,  
et eum graviter livorasset, vel raupa sua <sup>h</sup> in solidos  
tantos eidem tulisset, et ob hoc vobis per nostram  
ordinationem tales datos habuisset fidejussores, ut  
Kalendis illis ex hoc in nostri præsentia debuissent  
astare <sup>i</sup> causantes. <sup>j</sup> A quo placito veniens memora-  
tus ille, ibi in palatio nostro, et per triduum, seu  
amplius, ut lex habuit, placitum suum custodisset,  
et memoratus <sup>k</sup> ille abjectus sit, vel solatissit, ipse  
nec venisset ad placitum, nec nulla <sup>l</sup> sunnia nun-  
tiasset, affirmat. Proinde nos taliter una cum nostris  
proceribus constitit decrevisse ut si evidenter me-  
moratus ille pro hac causa tales vobis datos habuit  
fidejussores, et placitum suum minime custodivit,  
dum et illustris vir ille comes palatii nostri testimo-  
niavit quod antedictus ille placitum suum legibus  
custodivit, et eum adjectivit vel solatavit, et ipse ille

<sup>i</sup> *Causantes; alias placitan'es, nobis plaidants.  
Id.*

<sup>j</sup> *Mallet ad quod pactum. Placitum vero genera-  
liter pro die dicta usurpabant, in qua quid agen-  
dumve esset, quod scilicet sic inter partes pa-  
ctum conventum fuisset. Sic conventus regios, in  
quibus de summa regni tractabatur, placita dixerunt,  
quæ post parlamenta dicta. Id.*

<sup>k</sup> *Abjectus sit, hoc est, vadimonium deseruerit, et  
desecerit. Sol satisit, id est, sol ei occasus fuerit.  
Id. — Melius interpretatur Eccardus in notis ad legem  
Salicam tit. xl. Edit. Heroldi, pro abjectus legendum  
adjectus, hoc est, citatus, adjecta festuca. In lego  
Salica, tit. l. n, leg. 2, Edit. Baluz., Legitime habeo  
ad actum vel admallatum. Solsatissit pro solatissit  
sit, id est, cui sol collocatus, seu dies constitutus.  
A Germanico setzen, Saxonico setten, ponere, con-  
stituere, et sol pro die usurpato, verbum formaverunt  
solsatire, quod idem et hæc solem collocare, vel diem  
constituere. In lege Salica tit. xliii, Edit. Heroldi, vel  
xliii Edit. Baluz., Domino servi solem collocet, hoc  
est, diem constituat. Lindenbrog., objectisset vel solat-  
isset.*

<sup>l</sup> *Sunnia, in Lege Salica sunnis est impedimen-  
tum, excusatio. Gallis oovine. BIGN.*

placitum custodire neglexit, jubemus ut quidquid A lex loci vestri de tali causa edocet, vobis distringentibus, ante dictus ille partibus illius componere et satisfacere non recuset.

## CAPUT XXXVIII.

*Charta a paricla.*

Cum in nostra vel procerum nostrorum presentia, homo nomine ille itemque hominem nomine illum interpellasset, quasi servo suo nomine illo, una cum raupa sua in solidos tantos, post se fugitivos pedes recepisset, vel post se retineat indebite: aut hæc præfatus ille omnia fortiter visus est denegasse, quod nec ipse ipso servo fugitivos pedes, nec raupa sua post se nunquam recepisset: sed dum inter se in'enderent, sic eisdem a proceribus nostris, in quantum illustris vir ille comes palatii nostri testimoniavit, fuit judicatum ut de quinque denominatis, idem ille apud tres et alios tres, b sua manu septima, tunc in palatio nostro, c super capellam domini Martini, ubi reliqua sacramenta d percurrunt, debeant conjurare, quod suprascripto servo illo memoratus ille pedes fugitivos, una cum raupa sua in solidos tantos, post se nunquam recepisset; si hoc conjurare potuerit, de hac causa e ductus sedeat; sin autem non potuerit, ipsum servum una cum raupa sua in solidos tantos cum legis f beneficio, partibus antedicti illius reddere studeat. Interim vero usque in ipso s placito, quæ nec utra pars ex ipsis victa sit

a *Paricla* pro *paricula* scriptum est. Est autem iudicium comitis palatii, quo statuit ut quidam qui fugitivum servum recepisse accusabatur, certa die juraret cum sex aliis se non fecisse, et ita crimen obiectum purgaret. Et quia neutra pars victa dici poterat, jubentur ambo ejus iudicii similia exempla accipere: ideo *paricula* dicitur *charta*, quod ejusdem exempli duæ litigantibus dandæ essent. BIGN. Lindenbrog. *Charta audientialis*.

b Porrectis namque manibus jurabunt, tactisque sacrosanctis Evangelii, aut altari, aut etiam, quod frequentissimum erat, sanctorum reliquiis. BIGN.

c Hoc est, super reliquiis sancti Martini, quæ in palatio asservabantur, quibus etiam sanctis, palatine causæ jurejurando fiebantur. *Capellam* pro *capa* dici, in qua martyrum ossa conderentur, vel hic locus evincit. Id.

d *Percurrunt*, id est, fieri, et præstari solent. Id.

e *Ductus* pro *eductus*. hoc est, extra aleam et periculum positus. Id.

A apparet, b unde æquales præceptiones eis fieri, et accipere jussimus.

## CAPUT XXXIX.

i *Ut pro nativitate regis ingenui relaxentur.*

Ille rex Francorum viro illustri illi comiti. Dum et nobis divina pietas, juxta votum fidelium et procerum nostrorum, de nativitate filii nostri illius, magnum gaudium habere concessit, ut misericordia Dei vitam eidem concedere dignetur, jubemus ut per omnes villas nostras, quæ in vestra vel in custoto regno nostro aliorum domesticorum sunt i actionibus, tres homines servientes in utroque sexu, in unaquaque villa, ex nostra indulgentia, per vestras epistolas ingenuos relaxare faciatis.

## CAPUT XL.

k *Ut leude Samio promittantur regi.*

Ille rex illi comiti. Dum et nos una cum consensu et procerum nostrorum, in regno nostro illo gloriosum filium nostrum illam regnare præcepimus: ideo jubemus ut omnes pagenses vestros, tam Francos, Romanos, vel reliquis nationes degentes banuire, et locis congruis per civitates, vicos et castella congregare faciatis. Quatenus præsentem misso nostro, illustri viro illo, quem ex nostro latere illuc pro hoc direximus, fidelitatem præcelso filio nostro, vel nobis, et l Leode, et Samio, per loca sanctorum, vel pignora quæ illuc pro eodem direximus, debeant promittere et conjurare.

f Hoc est, pretio compositionis, quæ lege statuta est. Id.

g Baluz. *Placito, non nec utra pars ex ipsis victa appareat*. Lindenbrog. *In ipsum placitum neutra pars ex ipsis jertiva appareat*.

h Hoc est, ejusdem exempli: inde in titulo, *Charta paricla seu paricula*. BIGN.

i Regis est epistola, qua comitibus et domesticis mandat sibi filium natum. Ideoque jubet ut in unaquaque fiscali villa tres servi manumittantur, et lætitiæ et elemosynæ causa. Id.

j *Actionibus*, id est, officiis et ministeriis. Id.

k Hoc est, ut fidelitatis sacramentum regis filio promittatur, quem rex in parte regni sui regem constituit, in Austria aut Neustria fortasse: quod crebro sub prima regum Francorum familia factitatum. Quid *samio* sibi velit, nondum reperi. Fortasse scriptum erat: *ut leudis sacramentum promittatur regi*. Id. Lindenbrog. *Leudesamia*.

l Lindenbrog. *et leudisamium*.

## CAPITULA DE CHARTIS PAGENSIBUS.

1. Si quis monasterium, aut xenodochium de magna re D vult instruere.
2. Prologus qui de magna re facit ecclesiis donationem.
3. Item alius prologus, cum ipsa donatione, ad hoc opus.
4. Cessio a die præsentis ad ecclesiam, de villa.
5. Precaria de ipsa villa dum advivit.
6. Donatio de parva re ad ecclesiam.
7. Charta donationis inter virum et feminam de eorum rebus.
8. Item alia, sine aliqua minuatione.
9. Charta obnoxiationis a patre in filiis facta.
10. Epistola, cum in loco filiorum nepotes instituuntur ab avo.
11. Charta qui suum nepotem meliorare voluerit.
12. Charta ut filia cum fratribus in paterna succedat alode.

13. Si quis extraneum hominem in loco filiorum adoptaverit.
14. Pactum inter parentes de hereditate eorum.
15. Libellus dotis.
16. Si quis aliquam puellam invitam traxerit.
17. Qualiter in uno volumine testamenta duarum personarum condantur.
18. Securitas pro homicidio facto, si se pacificaverint.
19. Venditio de villa.
20. Venditio de area infra civitatem.
21. Venditio de campo.
22. Venditio de servo aut ancilla.
23. Concambium de villis.
24. Concambium de terra, vinea, vel prato.
25. Cautiones diverso modo factæ.
26. Item alia.
27. Item alia.
28. Qui se in servitio alterius obnoxiat.



29. Charta de agnitione si servus ingenuam femineam A traxerit.  
 30. Libellus repudii.  
 31. Mandatum.  
 32. Ingentitates diverso modo factæ.  
 33. Item ingentitates alio modo post discessum.  
 34. Item alia, adhuc alio modo.  
 35. Evacuatoria de cautione, si non invenitur.  
 36. Si quis aliquid servo suo aut gasciulo concedere voluerit.  
 37. Gesta juxta consuetudinem Romanorum qualiter donationes vel testamenta legantur.  
 38. Mandatum ad gesta.  
 39. Epistola si aliquis rem Ecclesiæ ad usum habeat, et de sua proprietate aliquid donet.  
 40. Præstaria de re Ecclesiæ ab episcopis facta.  
 41. Precaria.

42. Induculus, cum episcopus ad alium in resurrectione Domini eulogias dirigit.  
 43. Rescriptum ad episcopum de visitatione.  
 44. Quomodo ad regem, reginam, vel episcopum, pro nativitate Domini, visitatione directa scribatur.  
 45. Item alia de nativitate Domini.  
 46. Commendatitiæ litteræ ad episcopum jam cognitum.  
 47. Item commendatitiæ litteræ ad abbatem notum.  
 48. Supplicatorium pro eo qui de monasterio regreditur, aut illo qui ingredi voluerit.  
 49. Induculus generalis ad omnes homines.  
 50. Induculus commendatitias ad viros illustres laicos.  
 51. Induculus ad omnes potentes palatinos, maxime ad cognitos sibi.  
 52. Qualiter pro nativitate filii regis, ex ordinatione Dominica, domesticus de villis regis, ingenuitates facere debeat.

## LIBER SECUNDUS.

### SEU DE CHARTIS PAGENSIBUS \*.

#### CAPUT PRIMUM.

*De magna re qui vult <sup>b</sup> xenodochium aut monasterium construere.*

Domino vere sancto atque sedula ostensione, patientibus virtutum miraculis, Christi remuneratione, fulgenti, oratorio, ac cellulæ, in honore sanctæ ac semper virginis genitricis Domini nostri Jesu Christi, seu quidam, meritis flagitiis, quoque sceleribus, præ lascivis actibus ac nimia fœditate pollutus, vel opere omnium honorum Christianorum longe satis extremus optat, pene sanctarum Scripturarum series, Christianis fidelibus pia exhortatione pronuntiat, hoc etiam tonitrualis illa evangelistarum vox, suggerente spiritu, sua potestate concelebrat, ut faciat in pauperes eleemosynam; qui vult tartari evadere supplicia: unde et Dominus in Evangelio dicit: *Vende omnia quæ habes, da pauperibus, et habebis thesaurum in cælum.* Pensemus ergo omnes Christiani quanta sit pietas et largitio Redemptoris, ut eleemosynis pauperum promittantur nobis thesauri regni cœlorum. Procuremus igitur, sicut Dominus et Salvator noster præcepit, et ac si non quantum habemus, saltem in quantum possumus, eleemosynam faciamus. Nemo itaque dubitet, nemo tardet, quia si nos facimus quæ Dominus et Salvator noster præcepit, ille sine dubio facturus est quæ promisit. Ait enim Scriptura: *Abcondite eleemosynam in corde pauperis, et ipse pro te deprecabitur Domino.*

Abcondamus ergo eleemosynam in corde pauperis ut proveniat nobis deprecatio pauperum in remissionem peccatorum. Multa quidem et alia pro eleemosynis faciendis testimonia, in Scripturis sanctis

\* Hujus libri titulus in mss. ita conceptus erat: *Incipit scedula qualiter chartas pagenses fiant; quod omissum nolui. Igitur superiore libro omnium litterarum et negotiorum formulas tradidit Marcellus, quæ regio nomine et in palatio expediri solerent. Hic vero chartas pagenses continet, eas videlicet, quæ in unoquoque comitatu et pago, in præsentia comitis, aut vicarii, aut centenarii, aut etiam privatim peragi possent. Nam, ut antea diximus, rite et publice quilibet partiendi duo tum legitimi modi: in palatio ante regem, aut in pago ante comitem. Pleraque*

B reperimus. In quibus vel ex quibus illam ego existimo portionem, quæ ait, sicut aqua exstinguit ignem, etc. Quid ergo verius potest credi, quid confidentius, quidve expressius, quia sicut aqua exstinguit ignem, sic eleemosyna exstinguit peccatum. Juste ergo exstinguitur, qui peccatorum incendia eleemosynia, juxta sollicitationem divinam, exstinguere non festinat. Faciant quippe cæteri quod voluerint, agant quod ipsi maluerint, idcirco quoniam omnis homo suo sensu ducitur; ego tamen ejus rei exemplum secutus, elegi ad præfatum oratorium vel cellulam, juxta apostolorum numerum duodecim, ad præsens pauperum, pro remissione peccatorum meorum, vel pro diluenda meorum mole peccaminum, Christo præsule, collocare; ubi etiam per præsentem epistolam donationis meæ, dono ad præsentem diem quod in luminaribus ipsius oratorii, vel in alimonia et substantiali victu, vestitu quoque et sustentatione ipsorum pauperum, vel clericorum ibidem servientium, Deo gubernante et opitulante, proficiat, donatumque in perpetuum esse volo, atque de meo jure in eorum dominationem et potestatem trado, lego, transmitto atque transfundo, hoc est agros, quorum vocabula sunt illa et illa, quæ ponuntur in territorio illo: pari modo, et quidquid in illo territorio ponitur, in omni soliditate portionem meam, una cum mancipiis, ædificiis, vineis, terris, pratis, silvis, omni que jure eorum, una cum colonicis adjunctis. adjacentibus eorum, in omni soliditate earum, sicut a me noscitur fuisse possessura, aut mihi ex legitima successione, aut undecunque aliquid mihi ibidem evenit, cum omni soliditate vel opportunitate earum, ad inter-existent etiam negotia quæ per epistolam fieri possunt, quorum etiam formulæ secundo libro comprehenduntur. BIGN. Apud Baluzium: *Incipit scedula qualiter chartas pagenses fiunt.*

<sup>b</sup> Xenodochii seu hospitalis aut monasterii constructio est et dotatio a privato quolibet in animæ remedium et peccatorum remissionem facta. Omnes quippe donationes, fundationes et privilegia ecclesiis concessa, his atque adeo superioribus sæculis, hanc remedii animæ causam continent. BIGN.

gram : ea scribit et ratione atque prætecto, ut, remota pontificum simulque ecclesiasticorum officialium seu publicorum omnium potestate, nullas functiones vel extractiones, neque exquisita et lauta convivium, neque gratiosa, vel insidiosa mansuetudo, neque etiam calidiorum prestatas, paravereda, vel cæteras angarias, aut quocumque functionis titulo dici potest, de ipsa facultate penitus non requiratur, sed sub integra communitate facultaticula ipsa, sicut a me huc usque possessa est, in iure<sup>a</sup> oratorii sanctæ Mariæ et prædicatorum pauperum debeant, Deo protegente et opitulante, persistere : nisi tantum sancti et apostoli huius urbis episcopi, in cujus oppido xenodochium ipsam ponitur, pro tradendis benedictionibus, vel substitutendis abbatibus presbyteris quoque et clericis, absque ulla pecuniarum ademptione : amplius vero donandi, exigendi vel minuendi<sup>b</sup> causam, nullam habeat potestatem. Sed nec per commutationis locum quidquam ex hoc auferendi, nullo tempore occasio vel aditus tribuatur, sed perpetualiter in potestate præfati oratorii illius, ipsorum pauperum, Christo favente, permaneat. Hoc etiam ipsis pontificibus obsecro, vel committo, ut illos, c per succedentes temporibus, cum casus mortis exstiterit, abbates aut clericos, et clericorum gradus, in eodem loco dignentur vel debeant insituere, quos sapientia et eruditio Scripturarum clarificat, vel quos vita sancta, et actio bona, aut conversatio honesta commendat. Unde obsecro clementissimis regibus tam presentibus quam futuris, et omnibus in Deo episcopis, omnibusque potestatibus et primatibus omnibus etiam senioribus, quoscumque iudices esse constituerit, per ineffabilem Dei omnipotentiam, per inseparabilem Patri et Filio et Spiritui sancto Trinitatem, ut hanc voluntatem meam pro nullis occasionibus, sicut existente sine Deo cupiditate res exigi solet, nulla ratione nulloque tempore convellere permittatis, sed per sollicitudinem et curam episcopi constare potius, pro reverentia Trinitatis immensæ, vestro tempore, et studio, vel opere jubeatis. Quatenus ut ille vobis mercedem restituat in futuro, qui scit me elemosynas ipsas sancti Dei pauperibus per amorem Domini nostri Jesu Christi ardenti desiderio tribuisse. Si quis hanc voluntatem meam pro quibuslibet adinventionibus seu propositionibus sicut mundus quotidie et injuriis expolio obviis, vel repertor, convulsor etiam, aut tergiversator exstiterit, anathema sit, et tam qui fecerit quam qui faciendo consenserit, anathema sit : et sicut Datan et Abiron hiati terræ absorpti sunt, vivens in infernum descendat, et<sup>d</sup> Zexie fraudis mercatorem, et in presentem et in futuro partem damnationis excipiat : et tunc veniam consequatur, quando consecutus est et diabolus, qui se fallendo ætheria sede dejectus, cruenta adinventionem, bonis operibus semper vigilari pervigilat : insuper etiam inferat societati quoque et

A lisco, vel sanctis episcopis Ecclesiæ illius, auri libras. Nihil minus præseas epistola, quæ a me pro timore Dei, et amore pauperum conscripta est, firma, incorrupta, intemerata, inviolataque permaneat. Ergo namque de collatis ac superius prænotatis rebus, omnia ad curam, et sollicitudinem, aut defensionem eorum, vel gubernationem ipsorum pauperum, sancto ac prænotato domini illius episcopo vel successoribus suis, Deo sibi teste, committo : et instrumenta per quæ res ipsæ, auxiliante Deo, per eorum sollicitudinem defensionem super scripto Domini huius episcopo præ manibus tradidi, et qualiter ibidem provide, pie, rectene an secus ageret Christo Domino in se iudicio recognoscat. Mihi autem nihil exinde proprietatis titulo penitus non reservari, quia facile contemnit omnia qui cupit ab inferni faucibus erui, vel ille, qui peccatorum remissionem Deo remunerante desiderat, aut ille qui semper cogitat cum velit nolit esse moriturum : stipulatione, etc.

## CAPUT II.

## PROLOGUS.

*Qui de grandi causa fecit donationem.*

Quantum intellectus sensusque humanus potest mente sagaci pensare atque solerti indagacione perpendere, nihil amplius valet in hujus sæculi loco gaudia fugitiva lucrari, quam quod de rebus suis locis venerabilibus in alimoniis pauperum curetur impendere : quatenus fragilitatem naturæ, quam omnes generaliter patiuntur, priusquam subitanea transpositio eveniat, oportet pro salute animæ vigilare, ut non inveniat quemquam imparatum, et sine aliquo respectu discedat a sæculo. Quin potius dum proprio libertatis jure subsistit, ex caducis substantiis in æterna tabernacula vitam quærat mercari æternam ; ut inter justorum consortium desiderabilem valeat adipisci locum, et retributorem sibi præparat Deum, ut de fructu indeficienti paradisi mereatur vivere. De cuius vivo fonte, perfecta fide poscente, nec subtrahitur poculum, nec minuitur alveus, sed potius uti quisque hauserit, irrigatus dulcedine cælitus atque suavis ei flagratur odor balsami paradisi.

## ITEM ALIUS PROLOGUS.

In nomine sanctæ Trinitatis. Prosperum ac salubre consilium imoque satis jucundum esse dignoscitur, ut homo de mundanis rebus comparet paradisum, et de terrenis transferatur in cælestia. Sic Dominus in sancto Evangelio præclaram intonat vocem dicens : *Thesaurizate vobis thesauros in caelo, ubi nec fur effodit, nec tinea sulcat.*

PROLOGUS de clerico qui in monasterio tonsuratur, et suam rem ad ipsum locum donat.

Debet unusquisque largiente Domino, dum veratur in corpore, futura tractare, et de caducis rebus mercari æterna, ut quando quidem jubente Deo de corpore egredi contigerit, de mammona iniquitatis mansionem sibi reperiat comparatam in cælis. Mirro

<sup>a</sup> Lindenbrog. et Baluz., oratorii sancti illius.

<sup>b</sup> *Causa pro re, ut nostris chose. BIC.*

<sup>c</sup> Baluzius, per succedentibus. Legendum cum Lin-

denbrogio, per succedentia tempora.

<sup>d</sup> Lindenbrog., cum Gi. m.

ego ille cedo ad monasterium illud, ubi abbas ille A  
custos præesse videtur, et comam capitis mei ibidem  
deposui, et in ipso monasterio sub norma sanctorum  
vivere cupio cessamque in perpetuum esse volo.

## ITEM PROLOGUS.

Opportunum est unumquemque, dum terræ munera  
possidet, pro anima sua frequentius cogitare, ut terre-  
nam beatitudinem possidere mereatur. Ergo illuster  
vir ille, sentio me infra corpus meum infirmum esse,  
et infra animam meam nimis esse peccatorem. Ad-  
monet me divina potentia, vel compunctio cordis  
mei mihi obvenit, ut pro peccatorum meorum reme-  
dio aliquid de rebus meis locis sanctorum delegare  
debeam. Ideo cedo, etc.

## ITEM PROLOGUS.

In nomine sanctæ Trinitatis. Prosperum, salubre et B  
satis jucundum censuimus ut homo de caduca quapiam  
re sæculi ad peccata sua redimendum valeat offerre,  
aut quid promptiore consilio, ut homo de mundanis  
rebus sæculi comparet paradysum, et de terrena sub-  
stantia se transferat in cœlestia: itaque ego ille pro  
divino intuitu, et mei mercede compendii, ut mihi  
Dominus in futurum veniam concedere dignetur, vel  
ut nomen meum in libro vitæ ascribatur, dono ad  
jam dictum monasterium, in luminaribus ecclesiæ,  
vel in stipendiis pauperum aut monachorum, dona-  
tumque jure legitimo esse volo, etc.

## ITEM PROLOGUS.

Dum hujus exempli in quodam noscitur cecidisse,  
patimur ærumnam, et diem mortis quotidie ante oculos  
suspicamur esse propinquam: oportet unumquem- C  
que ob amorem cœlestis patriæ devotionis lucra  
complecti, et res sibi datas, sanctorum vel etiam  
indigentium usibus allegatas relinquere, ut peccato-  
rum pondera, quæ pontificium penitendi non valent  
laxare, eorum intercessione plenius ad veniam de-  
beant pervenire. Idcirco ego ille, et cætera.

## CAPUT III.

Item alius Prologus cum ipsa donatione ad hoc opus.

Mundi terminum rumis crebrescentibus appropin-  
quantem indicia certa manifestant, experimenta  
liquida declarare noscuntur, et ad discutiendas infi-  
delium mentes illi dudum in Evangelii a Domino  
dicta oracula incumbere noscuntur: operæ pretium  
arbitror futurum, tempus vicissitudine præoccupans D  
anticipare, et incertum humanæ conditionis eventum  
magaci mentis intuitu providere, quatenus ex hoc  
inflictis facinorum vulneribus, indulta pietate, reme-  
dia merear adipisci. Ergo ego in Dei nomine ille et  
conjug mea illa, considerantes qua gravamur sarcina  
peccatorum, et reminiscentes bonitatem Dei di-  
centis, *Date eleemosynam, et omnia munda sunt ro-  
bis*: de tanta igitur miseratione et pietate Domini  
confassi, idcirco per hanc epistolam donationis, do-

<sup>a</sup> Pecuniarum vox varie accipitur. Nam præter notio-  
rem significationem ejus quod a patre vel domino fi-  
lio aut servo concessum est, vel quod illi parcimo-  
nia et industria quæsierint, veteres etiam omne  
patrimonium peculii nomine appellabant, auctore Ser-

namus, donatumque in perpetuum esse volumus,  
atque de jure nostro in potestatem et dominationem  
monasterii illius, in honore illius, abbatis illius, in  
pago illo constructi, ubi præest venerabilis ille ab-  
bas, vel turba plurima monachorum adunata, trans-  
mittimus atque transfundimus villas nuncupantes  
illas, sitas in pago illo, cum terris, domibus, ædificiis,  
arcolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis,  
pascuis, aquis aquarumve decursibus, adjunctis, adja-  
centiis, appenditiis, <sup>a</sup> peculio utriusque sexus, mobi-  
libus et immobilibus, sicut a nobis moderno tempore  
possidetur, vel si in antea ibi undecumque aliquid au-  
gmentare, vel meliorare poterimus, ad præfatum mo-  
nasterium in alimoniis vel substantiis monachorum  
ibidem habitantium, Christo protegente, proficiat. Ea  
scilicet ratione ut dum pariter advivimus, ante dictas

villas sub vestro beneficio tantummodo, absque ullo  
præjudicio vel diminutione aliqua ipsius monasterii  
possideamus. Nisi tantum, si aliquem ex servientibus  
nostris a jugo servitutis pro communi mercede re-  
laxare voluerimus; post obitum vero, quandoquidem  
Deus voluerit, nostrum, absque ullius judicis vel  
hæredum nostrorum expectata traditione, cum omni  
re emeliorata, quidquid in supra scriptis villis in  
quibuslibet rebus vel corporibus augmentatum vel  
melioratum fuerit, de præsentibus hoc pars antedicti  
monasterii, vel memoratus abbas sui que successores  
in Dei nomine perpetualiter recipiant possidendum:  
tanquam si ad præsens absque usu nostro eorum  
fuisset subsecuta possessio. Ita ut, quidquid de præ-  
dictis villis propter opportunitatem ipsius monasterii  
facere decreverint, libero in omnibus potiantur arbi-  
trio. Præsentem vero donationem, ne quidquam auri  
talium <sup>b</sup> utilitate, gestis municipalibus alligari curavi-  
mus; et omnino decernimus, ne aliquando in eam ob  
hoc causam quisquam valeat reperire. Quod si instru-  
menta de ipsis villis de nomine nostro in adversitate  
prædicti monasterii, quolibet ordine comprehensa,  
aut interius, aut posterius prænotata, quod nos nec  
fecimus, nec facere rogavimus, a quocumque præter  
istum quem firmissimum volumus esse quoque tem-  
pore ostensum, nullum sortiatur effectum, nisi va-  
cuum et inane appareat: auctorem vero criminis,  
vel falsarium, nec inultum tunc, temporis patuatur  
judiciaria abire potestas. Si quis vero, quod futurum  
esse non credimus, huic voluntati nostræ pro quibus-  
libet adinventionibus, aliquis de hæredibus nostris,  
aut judicum sæva cupiditas, vel quælibet persona,  
obvius repetitor extiterit a conventu omnium Chri-  
stianorum, vel limitibus ecclesiarum, extraneus ha-  
beat, et Judæ traditoris Domini nostri Jesu Christi  
perfruatur consortio: insuper etiam inferat partibus  
ipsius monasterii, vel fratrum ibidem consistentium,  
socio quoque tam in actibus quam in prosecutione,

vio in eclog. 1, a pecoribus in quibus eorum universa  
constabat substantia; unde et pecunia dicta.

RIGN.

<sup>b</sup> Lindenbrog., *curialium utilitate*; forte addendum,  
*aufferri valeat*.

sacratissimo fisco, auri libras tantas, argenti pondo A  
tanti, et ne id quoque quod repetit valeat vindicare,  
nihilominus praeusus donatio, quae a nobis pro timore  
Dei et amore pauperum Christi conscripta est, firma  
et illibata omni tempore debeat permanere, \* stipu-  
latione submixta. Actum ibi, sub die illo.

## CAPUT IV.

*Cessio a die praesente ad ecclesiam.*

¶ Dum fragilitatem humani generis pertimescit, ultimum vitae temporis sobitanea transpositione ven-  
tura, oportet ut non inveniat unumquemque imparatum, ne sine aliquo boni operis respectu migret de saeculo: nisi dum suo jure et potestate consistit, praeparet viam salutis, per quam ad aeternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque ego in Dei nomine ille et conjux mea illa, pro remedio animae nostrae et remissione peccatorum nostrorum, ut veniam in futurum consequi mereamur, cedimus a praesente die cessumque in perpetuum esse volumus, atque de jure nostro in jure et dominatione sanctae ecclesiae illius, in honore illius constructae, villam nuncupatam illam sitam in pago illo: quae ex alode parentum, aut undecunque ad nostram pervenit dominationem, et ad praesens possidere videmur, cum omni merito et termino suo, cum adjacentiis, adjunctis, appenditiis, cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, cum pastoriis gregis, peculio utriusque sexus majore vel minore, mobilibus et immobilibus, vel quidquid dici aut nominari potest, et tempore praesenti nostra videtur esse possessio, ad praesens ecclesiae volumus esse concessum. Ita ut ab hac die memoratam villam pars antedictae ecclesiae, vel pontifex civitatis illius, aut actores ecclesiarum, eam habendi, tenendi, possidendi, vel quidquid exinde pro opportunitate ipsius elegerint faciendi, libero in omnibus perfruantur arbitrio. Ita ut nomen nostrum in libro vitae conscribatur, vel pro nobis utrumque sacrificium post obitum nostrum pio Domino offeratur. Licet in cessionibus poenam adnecti non sit necesse, sed nobis pro omni firmitate placuit inserendum. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipse, quod absit, aut aliquis de haeredibus vel prohaeredibus nostris, vel quaelibet persona, calliditate commotus aut cupiditate praeventus, ullo unquam tempore contra praesentem epistolam cessionis nostrae, quam propter nomen Domini et venerationem sancti ipsius Dei, spontanea voluntate fieri decrevimus, venire aut aliquid agere voluerit, aut tergiversator extiterit, anathema sit, et cum supra scripto domino illo, ante tribunal Christi deducat rationes: insuper inferat

\* Fortasse quod stipulatio ante intervenerat: vel etiam hujus clausulae ea mens est ut perinde firum id habeatur atque si in stipulatum de iuncta res fuisset. Nam stipulatio commune erat omnium obligationum astruendarum vinculum. Bux.

† Baluzus, dum fragilitatis. Lindenbrocius, dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum vitae tempus... venturum.

‡ Res Ecclesiae alienari non posse multis Synodo-

juxta poenam saeculi, cum cogente fisco, partibus  
ipsis ecclesiae, aut auri libras tantas, aut argenti  
pondo tanto, et quod repetit nihilominus valeat vindicare, sed praesens cessio omni tempore illibata per-  
maneat, cum stipulatione submixta.

## CAPUT V.

*Precaria de ipsa villa dum vivit.*

Domino et sancto et Apostolicae sede excedendo domo  
et in Christo Patri, illi episcopo, illi et conjux mea  
illa. Muribus non est incognitum, qualiter propter  
nomen Domini ad ecclesiam illam, in honore sancti  
illius, villam nostram nuncupatam illam, sitam in  
pago illo, quidquid ibidem undecunque nostra  
possessio in integritate, per epistolam cessionis nostrae  
visi fuimus concessisse, et eam vos ad partem sub-  
scriptae ecclesiae recepistis: sed dum postea nostra  
fuit petitio, et vestra benevolentia, et pietas habuit  
ut ipsam villam dum advivimus, aut qui pariter et  
nobis superstes fuerit, dum advixit, nobis ad bene-  
ficium usufructuario ordine excolendum tenere per-  
misistis. Ea scilicet ratione ut alicui exinde penitus  
de qualibet re alienandi aut misuendi: pontificium  
non habeamus, sed absque illo praerudicio, supra-  
scriptae ecclesiae, vel vestro, eam tantummodo excolere  
debemus. Ideo hanc precariam vobis excutimus,  
ut nullo unquam tempore nostra possessio, etiam  
spatium vitae nobis Dominus prolongaverit, nullum  
praerudicium aut deminutionem aliquam de ipsa villa  
vobis generare non debeat, nisi usu tantum cum ad-  
vivimus habere debeamus, et post nostram amobus  
discessum, cum omni re meliorata, quidquid ibidem  
undique attrahere aut nec iterare poterimus, per hanc  
precariam, ac si semper per quinquennium renovata  
fuisset, absque ullius iudicis aut haeredum nostrorum  
expectata traditione, vos vel successores vestri, aut  
agentes ecclesiae, in vestram eam faciatis domi-  
nionem revocare perpetuo possidendum, vel quid-  
quid exinde facere legeritis, sicut nostra continet  
epistola, ad profectum praefatae ecclesiae domini illius  
liberum habeatis arbitrium. Facta precaria ibi.

## CAPUT VI.

*Donatio de parva re ad ecclesiam.*

Si aliquid de rebus nostris, locis sanctorum, vel in  
substantia pauperum, conferimus, hoc nobis procul  
dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus.  
Ergo ego in Dei nomine ille, in amore Domini nostri  
Jesu Christi, et remissione peccatorum meorum, ut  
veniam delictis meis consequi merear, in futurum  
dono, donatumque in perpetuum esse volo, ad basilicam  
illam in honore sancti illius constructam, portionem  
meam in villa nuncupante illa, in pago illo,  
quidquid ibidem ad praesens tam de alode parentum,

rum decrevis, pluribus etiam imperatorum regum-  
que constitutionibus sancitum est. Illud tamen recep-  
tum ut petenti ad certum tempus rei ecclesiasticae  
usu-fructus non denegetur, si quidem non minus  
quam alterius tante quantitatis quantum acciperet  
reclitus cum ipsorum praedictorum dominio Ecclesiae  
derelinquat. Bux.

† Pontificium, id est, potestatem, facultatem. In

vel de quolibet attractu, possidere videor, totum et ad integrum, ad præfatum basilicam voluisse esse donatum. Ea videlicet ratione, ut dum advixero sub usu beneficii tantum eam, absque ullo præjudicio vel diminutione aliqua de qualibet re antedictæ basilicæ excolere debeam. Post meum quoque, quandoquidem Deus de hac luce voluerit, discessum, de præsentibus, absque cujuslibet iudicium aut hæredum meorum expectata traditione aut contrarietate cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, campis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, vel reliquis quibuscunque beneficiis, abbas de ipsa basilica, vel agentes ejus, in eorum debeant dominationem revocare perpetualiter possidendum: habendi, tenendi, vel quidquid exinde pro opportunitate antedictæ ecclesiæ elegerint faciendi, liberam in annis habeant potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipse, quod absit, aut aliquis de hæredibus nostris, seu quælibet opposita persona calliditate commotus aut cupiditate preventus contra hanc epistolam donationis nostræ, quam spontanea voluntate propter nomen Dei fieri decrevit, venire aut eam infringere conatus fuerit, iram Dei præsentis majestatis incurrat, et cum superscripto sancto antequam ante tribunal Christi deducat rationes: insuper inferat partibus ipsius basilicæ, cum cogente fisco auri tanti, argenti tanti, et quod repetit vindicare non valeat; sed præsens epistola omni tempore firma et intacta violata permaneat, stipulatione subnixâ.

## CAPUT VII.

*Charta donationis inter virum et feminam de eorum rebus.*

Quid iudicium enim inter conjugatos, de propria facultate, manente charitate, pro amore dilectionis, in invicem condonare placuerit, scripturarum necesse est titulis alligare, ne in posterum ab hæredibus eorum, vel a quocunque possit convelli<sup>a</sup>. Igitur ego in Dei nomine ille, et tu dulcissima conjux mea illa, dum et inter nos procreatio filiorum minime esse videtur, ideo convenit nobis, ut omne corpus facultatis nostræ, invicem usufructuario ordine condonare debeamus, quod ita et fecimus. Proinde dono tibi, dulcissima conjux mea, si mihi in hoc sæculo superstes fueris, omne corpus facultatis meæ, tam de alode, aut de comparato, vel de quolibet attractu, ubicunque habere videor, et quod pariter in conjugio positi laboravimus, tam terris, villabus, domibus cum omni præsidio, accolabus, mancipiis, vineis, campis, pratis, aquis aquarumque decursibus, auro, argento, vestimentis, peculio utriusque sexus majore vel minore; ita ut dum vixeris usufructuario ordine valeas possidere, vel dominare; excepto quod pro animæ remedio ad loca sanctorum condonavimus, ut inspecta nostra delegatione in omnibus conserve-

ris, et quantumcunque de alode nostra post meum discessum, pro communi mercede, ad loca sanctorum legaliter condonare, et delegare volueris, hoc licentiam habeas faciendi, et inspecta delegatione inconculsum maneat; in reliquum vero omnes res ipsæ, quantum post tuum discessum intestatum remanserit, ad nostros legitimos revertatur hæredes. Similiter et ego illa, dulcissime jugalis meus ille, commonet me dulcitas tua, in compensationem rerum tuarum quas in me visus es contulisse, si mihi in hunc sæculum superstes fueris, dono tibi omne corpus facultatis meæ ubicunque, undecunque, tam de hæreditate parventum, quam de comparato, vel quod pariter laboravimus, totum et ad integrum, tam in villabus, domibus, etc., excepto quod pro animæ remedio ad loca sanctorum delegavimus, ut inspectis ipsis instrumentis, in omnibus conserveatur, et quod de ipsa alode mea, post meum discessum, pro communi mercede ad loca sanctorum relinquere, vel ingenuos relaxare volueris, licentiam habeas, et inspectis ipsis instrumentis, in omnibus conserveatur: post tuam quoque discessum, quidquid intestatum remanserit, ad nostros hæredes, qui tunc propinquiores fuerint, revertatur. Si vero, quod futurum esse non credimus, aliqui de hæredibus nostris, vel quicunque contra hanc interdonationem, unde inter nos chartas uno tenore conscriptas firmavimus, venire aut infringere voluerit, nullatenus valeat vindicare, sed inferat partibus vestris cum cogente fisco, auri libras tantas, argenti tantas; præsens vero epistola, in nullo possit convelli, sed firma et ilibata permaneat.

## CAPUT VIII.

*Item alia sine aliqua minutione.*

Ista alia a capite instar prioris usque dum advixeris usufructuario ordine debeas possidere, post tuum quoque discessum ad legitimos nostros revertatur hæredes, et nullum pontificum quidquam exinde alienandi, aut minuendi habere non debeas. Similiter et ego illa, dulcissime jugalis meus ille, commonet me dulcitas tua, in compensationem rerum tuarum, quas in me visus es contulisse, si mihi in hoc sæculum superstes fueris, omnes res meas quas-cunque, aut ubicunque, tam in terris, et reliqua sub usu beneficii debeas possidere, et nullum pontificum quidquam exinde alienandi, aut minuendi, præter usum tantum non habeas, et post tuum discessum ad legitimos nostros revertatur hæredes.

## CAPUT IX.

*Charta obnoxiationis a patre in filiis facta.*

Dulcissimis filiis meis illis. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos villas aliquas nuncupatas illas, sitas ibi genitrix vestra antequam meo sociassem conjugio, per epistolam cessionis, aut libellum dotis visus sum condonare. Sed dum et

<sup>a</sup> Baluzius et Lindenbrogius addunt: « Quia secundum legem, si manente conjugio, vir uxori, vel uxor marito, aliquid donaverit, si is cui donatum est prior mortuus fuerit, apud donatorem ea, quæ donata fuerint, remanebunt. Igitur. »

<sup>b</sup> Epistola est quæ pater, qui bonorum uxoris

sux præmortuæ usumfructum a filiis accepit, remunerandi causa illis donat villas quasdam suas, earum tamen usufructo retento; atque ita se obnoxium reddit, ut ne illas in posterum alienare aut minuere possit. Ideoque hæc formula *Obnoxatio* appellatur, licet.

illa, peccatis meis facientibus, ab hac luce discessit, A dum ipsi filiae meae genitrici vestrae quando eam nuptiam tradidi in aliquid de rebus meis, mobilibus, drappis, fabricaturis, vel aliqua mancipia in sol. tu. dedi vobis hoc in parte vestra supputare, contra filiiis meis faciatis : et si amplius vobis insuper de <sup>d</sup> praesidio nostro obvenerit, tunc cum filiis meis avunculis vestris portionem vobis ex hoc debitam recipiatis, et quidquid exinde de omnibus superioribus conscriptis facere volueritis, liberam in omnibus habeatis potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, aliquis de hereditibus, vel probatioribus meis, vel quolibet persona, contra hanc epistolam venire tentaverit, aut eam infringere voluerit, inferat vobis tanti, et quod repetit vindicare valeat, sed praesens Epistola omni tempore B firma permaneat, cum stipulatione subnexa. Actum illo, etc.

## CAPUT XI.

*Charta qui suo nepote aliquid meliorare voluerit.*

Dulcissimo nepoti meo illi ille. Dum et jam senectus adgravat, et necessitates meas, ut oportet procurare non valeam, et tu mihi in necessitatibus meis solatium praebere non desisti, et die noctaque deservire non cessas. Ideo pro bonitate, et pro respectu servitutis tuae, qua circa me desudas, cedo tibi consumptum in perpetuum esse volo, et de meo jure in tuam transfunde dominationem et potestatem, absque consortio fratrum tuorum vel filiiis meis, locum occupantem illum, quidquid ibidem nunc tam de abis parentum, quam de reliquo attracta, visus sum tenuisse, una cum terris, domibus, aedificiis, arboribus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, vel reliquis quibuscunque beneficiis, tibi ut diximus a die praesens volo esse concessum. Ita ut ab hac die, sicut superioribus diximus, cum cum omni integritate sua habeas, teneas, possideas, vel quidquid exinde facere volueris, absque consortio fratrum tuorum, vel filiorum tuorum, liberam in omnibus habeas potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, aliquis de hereditibus, vel probatioribus meis, seu quolibet persona, contra hanc sessionem meam quoque tempore venire aut eam infringere voluerit, inferat tibi cum cognato fisco auri tantum, et quod repetit vindicare non valeat; sed praesens epistola firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum, etc.

## CAPUT XII.

*Uti filia cum fratribus in paterna succedat alode.*

Dulcissime filiae meae illi ille. Diuturna, sol impij inter nos consuetudo tenetur, ut de terra patrum sorores cum fratribus portionem non habeant; sed ego perpendens hanc impietatem, sicut mihi a Domino aequaliter donati estis filii, ita et a me mihi aequaliter diligendi, et de rebus meis post meum discessum aequaliter gratulamini; ideoque per hanc

## CAPUT X.

*Epistola cum in loco filiorum nepotes instituantur ab avo.*

Dulcissimis nepotibus meis illis ille. Dum et peccatis meis facientibus genitrix vestra filia mea illa, quod non optaveram, tempore naturae suae complecti, ab hac luce discessit: ego vero pensans consanguinitatis <sup>b</sup> casum dum et per legem cum caeteris filiis meis avunculis vestris in alode meo accedere minime potueratis, ideo per hanc epistolam, vos dulcissimos nepotes mei, volo ut in omni alode mea, post meum discessum, si mihi superstitis fueritis, hoc est tam terris, domibus, arboribus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus, immobilibus, peculio utriusque sexus, majore vel minore, omnique suppellectile domus; et quodcumque dici potest, quidquid supradicta genitrix vestra <sup>c</sup>, si mihi superstitis fuisset, de alode mea recipere potuerat, vos contra avunculos vestros filios meos, praefatam portionem recipere faciatis, et

<sup>a</sup> Epistola est codicillorum loco, qua avus nepotes ex filia praemortua ad successionem vocat. Brix.

<sup>b</sup> Lindenbrog. et Baluzius, *causam*.

<sup>c</sup> Hoc est, ut dotem matris conferant, si id ejus

successionem accedere velint. Brix.

<sup>d</sup> Ex hoc loco et alii quae citat Bignonius, conjicit praesidium, nomine pecuniam numeratam, aurum, argentum et alia id genus intelligi.

epistolam te, dulcissima filia mea, contra germanos tuos, filios meos illos, in omni hæreditate mea, æqualem et legitimam esse constituo hæredem, ut tam de alode paterna, quam de comparato, vel mancipiis, aut præsidio nostro, vel quodcumque morientes reliquerimus æqua lance cum filiis meis, germanis tuis, dividere, vel exæquare debeas, et in nullo penitus portionem minorem quam ipsi, non accipies, sed omnia inter vos dividere, vel exæquare æqualiter debeatis. Si quis vero, *et quod sequitur.*

### CAPUT XIII.

*Si quis extraneum hominem in loco filiorum<sup>a</sup> adoptaverit.*

Domino fratri illi ille. Dum peccatis meis facientibus, diu orbatas a filiis, et me paupertas, et infirmitas afflicere videtur, et te, juxta quod inter nos bonæ pacis p'acuit atque convenit, in loco filiorum meorum visus sum adoptasse. Ita ut dum advixero, victum et vestitum, tam in dorso, quam in lecto, seu calciamento, mihi in omnibus sufficienter impericias, et procura, et omnes res meas, quasculque habere videor tam manso, vinea, prato, peculio, seu reliqua supellectile domus meæ salvo jure illo, me vivente, in tua potestate recipere debeat. Propterea tibi hanc epistolam fieri decrevi, ut neque ego, nec nullus de hæredibus meis, aut quicumque hanc convenientiam, inter nos factam emutare non possit, sed, sicut superius continetur, meas necessitates dum advixero debeas procurare; et omnes res meæ, et ad præsens, et post meum discessum, in tua potestate permanente, et quod tibi exinde placuerit faciendi liberam habeas potestatem. Quod si aliquis, hoc, quoque tempore emutare voluerit, inferat tibi tantum, et quod repetit vindicare non valeat; sed præsens epistola omni tempore firma permaneat.

### CAPUT XIV.

*Pactum inter<sup>b</sup> parentes de eorum hæreditate.*

Quidquid enim inter propinquos de alode parentum, non a judiciaria potestate coacti, sed sponte manente charitate juste debita unicuique portio terminatur, non de rebus detrimentum, sed augmentum potius potest esse censendum. Et ideo necesse est inter se eorum facta scripturarum serie alligari, ne ab aliquibus in posterum valeat refragari. Ideo dum inter illum et germanum suum illum de alode genitorum eorum illius et illius bonæ pacis placuit, atque convenit, ut eam inter se manente charitate dividere, vel exæquare deberent, quod ita et fecerunt. Accipit itaque ille villas nuncupatas illas, sitas ibi,

<sup>a</sup> Adoptio est, quæ tamen propriam legem continet. Fit enim ab eo qui rebus suis superesse non potest; ideoque statim honorum suorum possessionem in adoptatum transfert, ea conditione ut victum, quandiu vixerit, ei suppeditet. **BEN.**

<sup>b</sup> Parentes hic, et alibi non raro, dicuntur in ea significatione, quam vulgo hodie retinemus, pro quibuscunque proximis vel consanguinitate junctis. **Id.**

<sup>c</sup> Baluz., *tuta servanti*. Lindenbr., *tota servanti*.

<sup>d</sup> Lindenbrogii, *prosperumve eventual desponsandis maritandisque ordinibus, ac procreationi liberorum,*

cum mancipiis tantis illis similiter. De præsidio vero, drappis, fabricaturis, vel omni supellectile domus, quidquid dici aut nominari potest æqua lance inter se visi sunt divisisse, vel exæquasse, et hoc invicem pars parti tradidisse, et per fistulam omnia partitum esse dixit. Propterea præsentis epistolam duas, uno tenore conscriptas, loco pactionis inter se visi sunt conscripisse: ut nullus deinceps contra parem suam, nisi quod ad præsens accepit, de ipsa alode genitorum eorum amplius requirendi pontificium habere non debeat. Quod si aliquando aliquis ex ipsis, aut hæredes eorum hoc mutare voluerint, aut amplius requirere quam accepit, voluerit, aut assumere, inferat pari suo (ista c' tuta servata) auri libras tantas, tanti argenti pondo tantas, et quod repetit vindicare non valeat; sed præsens actio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixâ. Actum, etc.

### CAPUT XV.

*Libellus dotis.*

Quod bonum, faustum, felix prosperumve eveniat. De disponendis maritandisque ordinibus, ac procreationi liberorum, causis quæ sunt necessariæ, ut omnis etiam donatio, per scripturarum seriem, plenior obtineat firmitatem. Donat igitur ille honestæ puellæ, nuri suæ illi sponsæ filii sui illius, ante diem nuptiarum, donationisque animo transfert, aut transcribit, hoc est in tanto, dono villam nuncupatam illam, sitam ibi, cum condigna ad habitandum, vel omnem integritatem ibidem aspicientem: similiter et in dotis titulum alias villas nuncupatas illas, sitas ibi, mancipia tanta illa et illa, inter aurum et argentum, fabricaturus in solidos tantos caballos tantos, boves tantos, gregem equorum, gregem armentorum, gregem porcorum, gregem ovium; ita ut hæc omnia per manum suam ad suprascriptam puellam nurum suam illam ante diem nuptiarum debeat pervenire, et in sua dominatione revocare, vel quidquid exinde facere voluerit liberam habeat potestatem. Quod si quis contra hunc libellum dotis venire, et eum infringere conaverit, inferat partibus illorum tantum. *Et reliqua.*

### CAPUT XVI.

*Si aliquis puellam invitam traxerit.*

Dulcissimæ conjugii meæ illi ille. Dum et te sine voluntate parentum tuorum, habui desponsatam, et absque tua, vel parentum tuorum, voluntate, rapto sce-

*quorum causa quæ fiunt, necesse est ut omnia, etiam donatio.... obtineant.*

<sup>a</sup> Baluzius, *causis quæ stant, necesse est ut omnia, etiam donatio.... obtineant.*

<sup>b</sup> Separatur hic donatio a dote, etsi ab una eademque persona, sponso scilicet vel ejus patre, fiant. **BEN.**

<sup>c</sup> Inter pro præter. **Id.**

<sup>d</sup> Libellus est dotis quæ a viro constituitur qui contra voluntatem parentum rapuit, re tandem composita; ideoque epistola compositionalis vocatur. Trahere autem hic pro rapere accipitur. **Id.**

lere, meo conjugio sociavi: id est, dum et te<sup>a</sup> faciente coturno, contra voluntatem parentum tuorum, <sup>b</sup>raptio scelere, in conjugio sociavi, unde vitæ periculum incurrere debui, sed intervenientibus sacerdotibus, vel bonis hominibus, vitam obtinui. Sic tamen, ut quod tibi in tanto dono, vel in dotis titulum, ante diem nuptiarum si te desponsatam habuissem, conferre debueram, per hanc epistolam compositionalem, aut si convenit cessionem, firmare deberem, quod ita et feci. Ideoque dono tibi locellum nuncupantem illum, situm in pago illo, cum domibus ad manendum condignis, vel omnibus intrinsecus utensilibus necessariis, cum terris, accolabus, mancipiis tantis illis, vineis, sylvis, pratis, pascuis, vel reliquis quibuscunque beneficiis, caballos tantos, boves tantos, gregem equorum, gregem armentorum, gregem porcorum, gregem ovium, inter aurum et argentum, fabricaturas <sup>c</sup> in solidis tantis, drappos, hæc omnia superius comprehensa, a die præsentis in tua tradidi potestate et dominatione possidendum, habendi, tenendi, vel quidquid exinde elegeris faciendi liberam habeas potestatem. Si quis vero, etc.

#### CAPUT XVII.

*Qualiter in uno volumine testamentum duarum personarum condatur.*

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo; anno illo, regnante illo rege, sub die illo, ego ille et conjux mea illa, sana mente, integroque consilio, metuentes casus humanæ fragilitatis, testamentum nostrum condidimus, quod illi notario scribendum commisimus, ut quo modo [ *Al.*, ut quando ] dies legitimus post transitum nostrum advenerit, recognitis sigillis, inciso lino, ut Romanæ legis decrevit auctoritas, per illustres viros illos, quos in hac pagina testamenti nostri legatarios instituemus, gestis reipublicæ municipalibus, s. t. l. i. q. e. eorum prosecutione, ab ipsis munitur. Igitur, cum, jubente Domino, de istius vitæ cursu migraverimus, tunc quidquid in omnibus pridie quam moriamur tenere videmur, quidquid et proprietate parentum, vel proprio labore, seu ex munificencia a piis principibus percipere meruimus, vel de quibuslibet titulis atque contractibus venditionis, cessionis, donationis, vel undique, Domino adjuvante, ad nostram pervenit dominationem, tu tunc dulcissima conjux mea illa, et quos hæredes meos vos esse volo, hæreditatem meam habetote. Reliqui vero hæredes, ex hæredes sint. Ergo ex epito quod unicuique per hoc testamentum dederò, darique jussero, id ut fiat, detur, præstetur, impleatur, te, omnipotens Deus, testem committo, villas vero illas, et illas, sitas in pago illo, filius noster ille recipiat. Similiter villas illas, filius meus, vel filia illa, sitas in pago illo recipiat; illas illas basilica illa, vel monasterium sita ibi recipiat. Id ut

<sup>a</sup> Forte, *facto contubernio*. Bix.

<sup>b</sup> Forte, *raptam scelere*. lb.

<sup>c</sup> Baluzius, in *solidos tantos, drappos tantos*.

<sup>d</sup> Post varia legata ascripta, conjugii villas quasdam relinquunt in compensationem earum, quas an-

fiat, detur, præstetur, impleatur, te, omnipotens Deus, ad defensandum committo: licet de omnibus dum advivimus nostrum reservavimus usum. Sed dum in <sup>d</sup>villis quibusdam, quas superius memoravimus, quas ad loca sanctorum, et hærelibus nostris deputavimus, quas pariter stante conjugio adquisivimus prædicta conjux <sup>e</sup> tertiam habere poterat, propter ipsam tertiam villas nuncupatas illas, sitas in pagis illis, in integritate, si nobis superstes fuerit, in compensationem recipiat. Et quidquid exinde pro communi mercede, vel in pauperibus, aut beneficiis nostris, facere decreverit, licentiam habet, et post ejus discessum si aliquid intestatum remanserit, hæredes nostri recipiant. Liberos, liberas, quos quasque pro animæ remedio fecimus, aut mantea facere voluerimus, et eis epistolas manu nostra firmatas dederimus, obsequium filiorum nostrorum habere cognoscant, et oblata, vel luminaria, juxta quod ipsæ epistolæ continent, ad sepulcra nostra, tam ipsi quam proles eorum implere studeant. Et quibus aliquid de facultate nostra contulerimus, singulariter in hoc testamentum nostrum inserere curavimus. In reliquo vero qualescunque a quocunque epistolæ, de nomine nostro, manu nostra firmatæ ostensæ fuerint, et ante hoc testamentum prænotatæ, quas hic non commemoravimus, excepto de ingenuitatibus, quas pro animæ nostræ remedio fecimus, aut adhuc facere voluimus, vacuæ permaneant. Et qui ex nobis pari suo superstes fuerit, et per quacunque instrumentum de superscripta facultate, in cujuslibet persona, vel benemeritis, nostri muneris aliquid contulerimus, in quantum lex permittit, firma stabilitate debeat perdurare. Reliquæ vero epistolæ vacuæ et inanis permaneant: et sic nobis pariter convenit. Si tu mihi, dulcissima conjux, superstes fueris, et ad alium maritum, quod tibi Deus non permittat, transire volueris, omnem facultatem meam quam ad usufructum possidere tibi concessimus, vel quam a die præsentis deputavimus, et habere potueras, hoc præsentialiter hæredes nostri recipiant inter se dividendum. Itemque ego illa ancilla tua, Domine et jugalis meus ille, in hoc testamentum promptissima voluntate scribere, atque perpetua conservatione rogavi, ut si tu, domine et jugalis meus, mihi superstes fueris, omne corpus facultatis meæ, quantumcunque ex successione parentum habere videor, vel in tuo servitio pariter laboravimus, et quod in tertia mea accipi, in integrum, quidquid exinde facere elegeris, aut pro animæ remedio in pauperes dispensare, aut ad vassos nostros, vel benemeritis nostris, absque repetitione hæredum meorum, quod tua decrevit voluntas, faciendi liberam habeas potestatem. Et post discessum vestrum, quod non fuerit dispensatum, ad legitimos nostros revertatur hæredes. Ita aliis legavit, in quibus, quod stante conjugio adquisitæ essent, uxori tertia pars competebat. Bix. Gentes ille, quæ ex Germania in Gallia sedes posuerunt, uxoris tertia partem concedebant rerum quas mariti stante conjugio acquisierant. lb.



Hanc paginam testamenti, et manus nostræ propriæ A subscriptionibus, quod ex consuetudine habuimus subscripsimus, et per personas reliquas studuimus subscriptionibus roborari. Et ut pagina hujus testamenti in disceptationem venire non possit, si quæ litterarum, a caraxaturæ, adjectiones, superdictionesve factæ sunt, nos eas fecimus, vel facere iussimus, dum testamentum nostrum sæpius recurrimus, vel mendavimus. Si quis nostræ voluntati resistere, aut testamento nostro cujuslibet calliditate conatus fuerit casu aliquo refragari, id implorantes divini nominis majestatem, obtestamur ut pro nostrorum omnium criminum peccatis obnoxius, in die iudicii expers Ecclesiæ catholicæ communionis et pacis, ante tribunal Christi pro violata defuncti voluntate compellatur subire negotium: atque eum Dominus B sua ultione, quam promisit injustis, cum venerit seculum iudicare pro ignem, seriat, et accipiat in conspectu ejus damnationem perpetuam, quam suscepit Judas traditor Domini. Illud namque intimare volumus, ut si aliquis de hæredibus, vel probæredibus nostris, seu quælibet persona contra hanc testamenti paginam, quam plena et integra voluntate C fieri rogavimus, venire aut aliquid pulsare voluerit, inferat contra quem repetit tantum, et aliud tantum quantum in hoc testamento continetur scriptum, et insuper faciat fisco auri libras tantas, argenti D tanti, et quod repetit vindicare non valeat.

CAPUT XVIII.

<sup>b</sup> *Securitas pro homicidio facto.*

Domino fratri illi ille. Dum et instigante adversario, quod non debueras, germanum nostrum illum visus es interfecisse, et ob hoc vitæ periculum incurere potueras; sed intervenientes sacerdotes, et magni viri, quorum nomina subtus tenentur adnexa, nos ad pacis concordiam ob hoc visi fuerunt revocasse. Ita ut pro ipsa causa solidos tantos, quos in præsentia mihi dare deberes, quos et in præsentia per evadium tuum visus es transsoluisse, et nos ipse causa persistata, contra te visus sum uverpisse. Propterea juxta quod convenit, hanc epistolam securitatis, in te nobis conscribere complacuit, ut de ipsa morte germani nostri, nec a me, nec ab hæredibus meis, aut suis, nec de judiciaria potestate, nec a quolibet, nullo casu, nec refragationem aliquam, aut damnitatem amplius habere non pertimescas, sed in omnibus exinde ductus et absolutus appareas. Et si fortasse ego ipse, aut aliquis de hæredibus uestis, vel quicumque te ob hoc inquietare voluerit, et me defensatum non fuerit, inferamus tibi cum comite fisco, duplam, quod nobis dedisti; et quod petit quis vindicare non valeat, sed præsens ejus iura securitatis a me facta infirma (sic) permaneat.

Caraxaturæ id est, deletiones, macule, inquietæ ab atramento. Superdictiones sunt superditiones, quæ deletis imponi solent. BIGN.

CAPUT XIX.

*Venditio de villa.*

Domino fratri illi ille. Licet empti venditque tractus sola pretii annumeratione, et rei ipsius conditione consistat, ut tabularum aliorumque documentorum ad hoc tantum interpunatur instructi ut fide rei, facti et juris ratio comprobetur. Idcirco vendidisse me tibi constat, et ita vendidi villam juri mei nuncupantem illam, sitam in pago illo, quam ex legitima successione parentum, vel de quolibet modo ad eum perveni, habere videor, in integritate, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adjacentiis, appenditiis, vel omni merito et termino ibidem aspiciente. Et accepi vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit tantum et memoratam villam vobis præsentialiter tradidi ad possidendum. Ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quidquid exinde elegeris, faciendi, liberam in omnibus habeas potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut aliquis de hæredibus, vel probæredibus, seu quælibet opposita persona, contra venditionem venire tentaverit, aut me male vendidisse convicerit, et a me vel hæredibus meis defensatum non fuerit, tunc inferamus vobis hæredibusque vestris duplam pecuniam quantum a vobis accepi, et quod ipsa villa meliorata valuerit, et quod repetit vindicare non valeat; sed præsens venditio omni tempore permaneat, stipulatione subnixâ. Actum, etc.

CAPUT XX.

*Venditio de area infra civitatem.*

Domino sancto et apostolico domno et patri illi episcopo ille. Constat me nulli coactum imperio, neque imaginario jure, sed proprio voluntatis arbitrio, vobis vendidisse, et ita vendidi, aream juris mei, infra muros civitatis illius, habentem per longum pedes tantos, et in lato pedes tantos: quæ subjungit ad unum latum terræ illi, et alio latere terræ illi, a fronte uno terræ illi, et ab alio fronte terræ illi: et accepi a vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit, auri solidos tantos, et præfatam arcam vobis præsentialiter tradidi possidendam, ac habendi, tenendi, vel quidquid exinde elegeritis faciendi, libro profuamini arbitrio. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut aliquis de hæredibus meis, seu quælibet persona, contra hanc venditionem venire tentaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat vobis, aut auctoribus vestris, duplam pecuniæ, vel quantum area ipsa eo tempore meliorata valuerit, etc.

CAPUT XXI.

*Venditio de campo.*

Domino fratri illi ille. Constat me tibi vendidisse, et ita vendidi, campum juris mei, situm in territorio illo, habentem plus minus tantum, qui subjungit a latere uno lui, ab alio latere lui, a fronte uno lui, ab

<sup>b</sup> Omnibus Germanicis gentibus, quæ Gallias in-sederunt, nos erat privatas inimicitias armis persequi; quæ prava consuetudo adeo invaluit, ut nec

alio vero fronte illius, et accepi a vobis in pretium <sup>A</sup> juxta quod mihi complacuit auri solidos tantos, et ipsum campum vobis præsentialiter tradidi possidendum, habendi vel quidquid exinde volueris faciendi liberam habeas potestatem. Si quis vero, etc.

## CAPUT XXII.

*Venditio de servo aut ancilla.*

Domino fratri illi ille. Constat me vobis vendidisse, et ita vendidi, servum, juris mei, aut ancillam nomine illam, non furem, non fugitivum, neque <sup>a</sup> cadivum, sed mente et omni corpore sanum. Pro quo accepi a vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit auri solidos, probos atque præsentes, numero tantos, et ipsum servum vobis præsentialiter tradidi possidendum. Ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quidquid exinde decreveris faciendi, libero potiaris arbitrio. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si ego ipse, aut aliquis de hæredibus meis, seu quælibet persona, contra hanc venditionem venire tentaverit, aut eam infringere voluerit, inferat tibi cum cogente fisco auri tantum, vel quantum servus ipse eo tempore melioratus valuerit, et hæc venditio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixâ. Actum illo, sub die illo, anno illo.

## CAPUT XXIII.

*Concambium de villis.*

Inter quos charitas illibata permanserit parti, beneficia opportuna præstantur. Quia nihil sibi de rebus propriis censet minui, quod e contra recipit in augmentum. Ideo placuit atque convenit inter venerabilem virum illum ex permissu apostolici viri illius, et illustrem virum illum, ut locellos aliquos inter se concambiare deberent, quod et ita fecerunt. Dedit igitur illi venerabilis vir sui, locellum nuncupatum illum, situm ibi, de parte basilicæ sanctæ, illi memorato sui, quidquid ibidem ad præsens, de quolibet attractu, tenere videbatur, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, vel omnibus ibidem aspicientibus. Similiter in compensationem hujus meriti, dederit suprascriptus ille, ad partem memorati abbatis illius, vel prædictæ basilicæ alium locellum nuncupatum illum, situm ibi quidquid ibidem ad præsens, de quocunque attractu, ibidem habere videbatur, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, vel omnibus ibidem aspicientibus. Ita ut ab hac die unusquisque memoratos locos quos acceperunt, habendi, tenendi, vel, quidquid exinde pro eorum opportunitate et compen-

principis imperio, nec legum auctoritate per sexcentos ferme annos aboleri potuerit; quinimo legibus id non omnino prohibebatur, sed tantum nisi licentia certis finibus coercita erat. Itaque qui unum ex propinquis, et omnes adversos habebat; adeo ut si aliquis occisus aut vulneratus, aut male multatus ab inimico quodam privato fuisset, continuo illius propinqui affines et amici advolabant, suam et suorum injuriam armis vindicaturi. Sed aliquando pace per amicos facta vel etiam in judicio, secundum le-

gio facere elegerint, libero perfruantur arbitrio. Illud vero addi convenit, ut si aliqua pars ex ipsis aut hæredes, vel successores eorum, hoc emulare, vel refragare voluerit, rem quam accepit amittat, et insuper inferat patri suo, cui hoc facere præsumperit, auri libras tantas, argenti pondo tanti, et quod repetit vindicare non valeat, sed præsens, unde duas inter se uno tenore conscripserunt, firma et inviolata permaneat, stipulatione subnixâ. Actum illo.

## CAPUT XXIV.

*Concambium de terra, aut vinea.*

Ideoque placuit inter illum et illum ut terram aliquam, aut pratium, aut vineam, seu quodlibet inter se commutare deberent, quod ita et fecerunt. Dedit igitur <sup>B</sup> illi, illum campum in loco nuncupante illo, habentem tantum, qui subjungit a latere uno illi, ab alio latere, aut fronte illi. Simili modo e contra in compenso dedit ille illi alium campum ibi, aut in alio loco, habentem tantum, qui subjungit de lateribus, a frontibus illis. Ita ut ab hac die unusquisque ex ipsis, quod accepit habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegerint faciendi, liberam habeant potestatem. Si quis vero aliquis ex ipsis, aut hæredes eorum, vel quicumque hoc emulare voluerit, quam acceperit pari suo amittat, et insuper inferat cum cogente fisco auri tanti, et quod repetit vindicare non valeat; sed præsens commutatio, unde inter se pro firmitatis studio duas uno tenore conscripserunt, omni tempore firma permaneat; stipulatione subnixâ. Actum illo.

## CAPUT XXV.

*Cautiones diverso modo factæ.*

Domino mihi protipio illi ille. Dum et ad meam petitionem, et necessitatem suppleando, vestra benignitas habuit, ut libram de argento, de rebus veris vobis ad beneficium præstitistis [*Al.*, prætareis]. Ideo per hoc vinculum cautionis, spondeo me <sup>c</sup> illis proximis ipsum argentum vestris partibus esse redditurum. Quod si non fecero, et dies placitus mihi præfinitus transierit, pro duplo in crastinum me, aut hæredes meos, vos aut hæredes vestri, aut qui hanc cautionem dederitis exigendam, teneatis obnoxium. Facta cautione ibi, sub die illo, anno illo.

## CAPUT XXVI.

*Item alia.*

Domino suo illi ille. Constat me a vobis accepisse, et accipere debere, et debeo, hoc est solidos tantos, pro quibus solidis quos post me retinero, annis singulis, per singulos solidos, singulos trientes vestris partibus esse redditurum. Et si hoc facere con-

gus transigebatur; quo casu securitatis cautiones interponi solent. *Id.*

<sup>a</sup> Cadivum, hoc est, malum, improbum; idiom italicum integrum retinet *castigo*. Unde et nostris *chéif*. *Inc.*

<sup>b</sup> Cautionis vocabulum pro repromissione et chirographo accipitur, etiam sine satisfactione. *Id.*

<sup>c</sup> Singulis Kalendis forenbrem pecuniam veterum locabant, unde et Kalendarium. *Id.*

tempore, aut exinde negligens apparuero, ad duplum ipso loco vobis reddere spondeo. Et quomodo de mea proprietate ipsos solidos vestros reddere potuero, hanc cautionem a vobis recipiam.

## CAPUT XXVII.

*Item alia.*

Domino fratri illi, ille. Quatenus necessitati meæ supplendo, solidos vestros numero tantum, mihi ad beneficium præstitisti. Ideo juxta quod mihi aptificavit, taliter inter nos convenit, a ut dum ipsos solidos de meo proprio reddere potuero, dies tantos in unaquaque hebdomada servitio vestro, quale mihi vos, aut agentes vestri injunxeritis, facere debeam. Quod si exinde negligens, aut tardus apparuero, licentiam habeatis, sicut et cæteris servientibus vestris disciplinam corporalem imponere: et quomodo solidos vestros, reddere potuero, meam cautionem b absque ullo evacuario intercedente recipiamus.

## CAPUT XXVIII.

*a Qui se in servitio alterius obnoxiat.*

Domino mihi proprio illi. Dum et instigante adversario, fragilitatem meam prævalente, in casus graves cecidit, unde mortis periculum incurrere poteram. Sed dum vestra pietas me jam morti adjudicatum, de pecunia vestra redemistis, vel pro meo scelere res vestras quamplures dedistis. Et ego de rebus meis, unde vestra beneficia recipere debuissim, non habeo: ideo pro hac statum ingenuitatis meæ vobis visus sum obnoxiasse. Ita ut ab hac die de vestro servitio penitus non discedam. Sed quidquid reliqui faciunt, pro vestro, aut agentium vestrorum imperio facere spondeo. Quod si non fecero, aut me per quodlibet ingenium de servitio vestro abstrahere voluero, vel dominium alterius exoptetere, aut res suscipere voluero, licentiam habeatis mihi qualemcumque volueritis disciplinam ponere, vel venundare, aut quod vobis placuerit de me facere. Facta obnoxiatione tunc, sub die illo.

## CAPUT XXIX.

*a Charta de agnatione, si servus ingenuam trahit.*

igitur ego in Dei nomine ille, illi feminæ. Illud non habetur incognitum, qualiter servus meus nomine ille, te absque parentum vel tua voluntate, rapto

*a Donec pecuniam solvere possit, servitio creditoris ipsum obligat. Oberatos Romani dicebant. Brix.*

*b De apocha evacuatoria, vide cap. 35.*

*c Formula est qua is, qui supplicio liberatus est, soluta ejus nomine ab aliquo pecunia, statum ingenuitatis suæ obnoxiat, id est, ei qui redemit se ipsum obijcit, addicit et in servitutem tradit. Ib.*

*d Hac formula dominus servi qui puellam ingenuam rapuit, sopita controversia, cavet ut qui agnationem lege Salica. Hic vero jus illud a domino restituitur, ut qui ex his nascentur, liberi sint, nec possint eos ut servos vindicare, aut manum injicere. Ib.*

*e Agnationem tuam, hoc est, quod ex te natum erit. Ib.*

*f Mulier, que se alieno servo junxisset, liberta-*

*At.*, raptam, scelere in conjugium sociavit, et ob hoc vitæ periculum incurrere potuerat. Sed venientibus et mediantibus amicis, vel bonis hominibus convenit inter nos, ut si aliqua procreatio filiorum orta fuerit inter vos, in integra ingenuitate permaneant. Et si voluntaria servum accipit d'cis: Omnis non habetur incognitum, qualiter servum meum nomine illum voluntaria secuta es, et accepisti maritum. Sed dum te ipsam et agnationem tuam, in meo inclinare potueram servitio. Sed propter nomen Domini, et remissionem peccatorum meorum, propterea præsentem epistolam in te mihi complacuit conscribendam, ut si aliqua procreatio filiorum, aut filiarum inter vos orta fuerit, penitus nec nos, nec hæredes nostri, nec quislibet, ullo unquam tempore in servitio inclinare non debeamus. Sed integræ ingenuitatis, tanquam si ab utrisque parentibus ingenuis fuissent procreati, omni vita sua permaneant. Peculiari concesso, quocumque labore potuerint, et sub integra ingenuitate, super terram nostram, aut filiorum nostrorum, absque ullo præjudicio de statu ingenuitatis eorum commanere debeant: et redditus terræ, ut mos est, pro ingenuitate annis singulis desolvant, et semper in integra ingenuitate permaneant, tam ipsi quam et posteritas illorum. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipsi, aut aliquis de hæredibus, vel quicumque contra hanc chartulam venire tentaverit, aut eam infringere voluerit, inferat tibi, aut hæredibus tuis, auri libras tantas, argenti pondo tanti, et quod repetit vindicare non valeat; sed præsens chartula omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixâ. Actum illo.

## CAPUT XXX.

*a Libellus repudiij.*

*b Dum et inter illum et conjugem suam illam, non charitas secundum Deum, sed discordia regnat, et ob hoc pariter conversare minime possunt: placuit utriusque voluntate, ut se a consortio separare deberent, quod ita et fecerunt. Propterea has epistolas inter se uno tenore conscriptas fieri, et affirmare decreverunt: ut unusquisque ex ipsis, sive ad servitium Dei in monasterio aut copulæ matrimonij sociare se voluerit licentiam habeat, et nullam requi-*

*d tem et substantiam amittebat. Id ipsum lege Salica cavetur tit. xiv, leg. 7. Quibus conveniunt quarundam Galliæ provinciarum leges: En for mariage le père emporte le bon. Ib.*

*e Exemplum est divortij, consensu conjugum facti, quod aliquando licuit: et quod legi evangelicæ adversum, concilliorum decretis reprobatur, et a Justiniano quoque Nov. 117. Tamen usum ejusmodi divortij etiam inter Christianos invaluisse hæc formula ostendit. Ib.*

*f Baluz Certis rebus et probatis causis inter maritum et uxorem repudiandi licet. Idcirco dum et inter.*

*g Ex hoc loco apparet tum in usu fuisse ut post divortium mutuo consensu celebratum vir et uxor matrimonium cum aliis contrahere possent, quæ consuetudo Christianæ legi contraria merito reprobata est. Brix.*

sitionem ex hoc de parte proximi sui habere non debeat. Si quis vero, aut aliqua pars ex ipsis hoc emulare, aut contra parem suum repelere voluerit, inferat pari suo auri <sup>a</sup> lib. 1, et ut decreverunt a proprio consortio sequestrati, in ea quam elegerint parte permaneant. Facta epistola, sub die illo. Anno illo, regnante illo rege.

## CAPUT XXXI.

*Mandatum.*

Domino fratri illi, ille. Precor et supplico dominationi vestræ, dum et causam pro alode, aut qualicunque, cum homine nomine illo in palatio, aut ubilibet, habere videor, et ipsam causam suscipere admallandam, vel prosequendam in vice mea debeas, et cum suprascripto illo ex hoc rationare, vel quidquid exinde cum eo de ipsa causa egeris, gesserisve, ratum et definitum apud me esse cognoscas. Factum mandatum sub die illo.

## CAPUT XXXII.

<sup>b</sup> INCIPIUNT INGENUITATES DIVERSO MODO FACTÆ.

*Ingenuitas a die presentis.*

Qui debitum sibi nexum relaxat servitium, mercedem in futurum apud Dominum sibi retribuere confidat. Igitur ego in Dei nomine ille, et conjux mea illa, pro remedio animæ nostræ, vel retributione æterna, te illum, aut illum, ex familia nostra, præsentis die, ab omni vinculo servitutis absolvimus. Ita ut deinceps, <sup>c</sup> tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, vitam ducas ingenuam, et nulli hæredum ac prohæredum nostrorum, vel cuicumque servitium, <sup>d</sup> nec libertinitatis obsequium debeas, nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt: <sup>e</sup> peculiari concessio, quod habes, aut deinceps elaborare potueris. Si tibi necessitas, ad tuam ingenuitatem tuendam, contigerit, absque ullo præjudicio ingenuitatis tuæ, <sup>f</sup> defensionem Ecclesiæ, aut cujuscumque te eligere placuerit, licentiam habeas, et vitam semper bene et integre ducas ingenuam. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipsi, quod absit, aut aliquis de hæredibus nostris, vel quolibet opposita persona,

<sup>a</sup> Baluz. *Libram unam, et sua repetitio nullum obtineat effectum, sed ut decreverunt.*

<sup>b</sup> Marculli ætulo manumissio triplex: per denarium ante regem, in ecclesia, et per epistolam privatam. Hoc capite chartæ sunt et epistolæ private, quibus libertatem dominus servo suo concedit. Qui ita manumissi erant, chartularii et tabularii dicebantur, ut et qui in ecclesia servitute liberati erant. BIGN.

<sup>c</sup> His verbis non tantum libertas data, sed et jura ingenuitatis concessa videntur; quod miror: nam a principe more Romano impetranda erant: nisi dixeris, barbaris undique Gallias occupantibus hunc morem ab usu recessisse. Ex quo factum ut id omne ex dominorum arbitrio et beneficio penderet. Et inde paulatim manumissio ingenuitas dicta. Nec vero ad novellam Justiniani quis referat, per quam ingenuitatis jura omnibus libertis dedit; cum satis constet jus Justinianum tunc Gallis ignotum fuisse. Id.

<sup>d</sup> Libertinitatis obsequium, hoc est jus patronatus. Id.

<sup>e</sup> Peculiare pro peculio: quod his nominatim conceditur, seu dubitationis tollendæ causa, sive quod tum non aliter servo manumisso peculium competeret, quam si specialiter donatum fuisset: quod facilius crediderim. Id.

<sup>f</sup> Manumissi in ecclesia sub ejusdem ecclesiæ tui-

A contra hanc ingenuitatem tuam venire, aut eam infringere conaverit, aut te in servitio inclinare voluerit, divina illum ultio subsequatur, et a liminibus Ecclesiarum, vel a communione extraneus efficiatur. Et insuper inferat tibi cum cogente fisco auri libras 1, et quod repetit vindicare non valeat, sed præsens ingenuitate omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixâ.

## CAPUT XXXIII.

<sup>a</sup> *Item ingenuitas alio modo post discessum.*

Dilecto suo illi aut illi. <sup>b</sup> Pro respectu fidei ac servitutis quam mihi famularis, pro remissione peccatorum meorum, te ab omni vinculo servitutis absolvo. Ea tamen conditione, ut dum advixero, mihi deservias: post obitum vero meum si mihi superstes fueris, sis ingenuus, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, et nulli hæredum ac prohæredum meorum, vel cuicumque servitium impendas. Peculiare concessum quod habes, aut elaborare potueris, etc.

## CAPUT XXXIV.

*Item alia adhuc alio modo.*

Si aliquos ex servientibus nostris a iugo servitutis absolvimus, mercedem in futurum nobis ab hoc retribuere confidimus. Igitur ego ille, propter nomen Domini, et retributionem æternam te illum ab omni vinculo servitutis absolvimus. Ita ut ab hac die vitam ducas ingenuam, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, et nulli hæredum ac prohæredum meorum, vel circumque servitium impendas: nisi sub integra ingenuitate defensionem ejus quem ex meis hæredibus elegeris habere debeas, et oblata mea ubi meum requiescit corpusculum, vel luminaria annis singulis debeas procurare. Peculiari concessio, quod habes, aut elaborare potueris, aut si convenit defensionem Ecclesiæ illius, et vitam semper ducas ingenuam. Si quis vero, etc.

## CAPUT XXXV.

<sup>a</sup> *Evacuatoria.*

Domino fratri illi. Omnibus non habetur incognitione consistebant. Videatur synodus Paris. III, can. 9. Leg. Ribuar., tit. XL. Denariales qui ante regem liberati fuerant, regem patronum et defensorem habebant. Itaque si quis eos occidisset, pretium compositionis, chartularii quidem ecclesiæ solvendum erat, denarialis autem regi: iisque rex aut ecclesiæ, si absque liberis decessissent succedebant. At qui per epistolam ita manumittantur, ut nullum obsequium manumissos retineret, solebant defensionem regis, aut ecclesiæ, aut etiam alterius potentis expectare, ut esset qui eorum libertatem tueretur, et ab omni injuria eos vindicaret. Tandemque constitutum est, ut quibus alius patronus et defensor desisset, horum occisorum pena regi solveretur. Vid. Capitula Caroli M. Leg. Bajuv. addita. Id.

<sup>a</sup> Alia manumissionis est epistola, qua post mortem dominus servum libertate donat. Id.

<sup>b</sup> Baluz. *servitii tui, quam. L'ind., servitii tui quod* Evacuatoria tum dicebatur epocha, qua creditore profitebatur sibi solutam fuisse pecuniam: ab evacuanda obligatione, idque cautione amissa. Nam hic apparet cautione reddita, evacuatoria non dari quasi redditio chirographi satis esset ad solutionem probandam. BIGN.

sum qualiter ante hos anno:, aut ante annum, solidos nostros, numero tantos ad beneficium accepisti, et cautionem nobis pro hoc emisisti, ut ipsos solidos tunc nobis reddere deberes, quod et ita fecisti. Sed dum illam cautionem, quam nobis miseris ad præsens non invenimus, ideo tibi hanc epistolam evacuatoriam fecimus, ut de ipsis solidis tantis omni tempore ductus et absolutus residias: et si ipsa cautio apparuerit, vel a nobis, aut hæredibus nostris, quoque tempore ostensa fuerit, nullum sortiatur effectum; sed vacua et inanis permaneat.

#### CAPUT XXXVI.

*a* Si aliquis servo suo gasindo suo aliquid concedere voluerit.

*b* Iustissime nostris sublevantur muneribus, qui nobis fideliter et instanti famulantur officio. Ego in Dei nomine, nomine illo, fidei nostro illi. Pro respectu fidei et servitutis quam circa nos impendere non desistis, promptissima voluntate cedimus tibi a die præsentis locellum nuncupantem illum, aut mansum illum infra terminum ville nostræ illius cum omni adjacentia ad ipsum locellum, aut mansum aspicientem, terris, domibus, mancipiis, vineis, pratellis, silva, vel reliquis beneficiis, ibidem aspicientibus. Ita ut ab hac die ipso jure proprietario, si ita convenit, aut reditus terræ in tuam revoces potestatem, et nullam functionem, aut reditus terræ, vel pascuarium, aut agrarium, aut quodcunque dici potest, exinde solvere nec tu, nec tua posteritas, nobis, nec hæredibus nostris, nec cuicumque post nos ipsam villam possederit, non debeatis, nisi tantum si ita vult riga. Sed ipsum omnibus diebus vite tuæ, aut hæredis tui omniter debeatis possidere, vel quidquid exinde facere volueris liberam habeatis potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, aliquis de hæredibus nostris, vel quicumque contra hanc cessionem nostram agere, aut ipsam rem tibi auferre conaverit, inferat tibi eum cogente fisco auri tanti, et hæc epistola firma permaneat, stipulatione subnixâ.

#### CAPUT XXXVII.

*Gesta juxta consuetudinem Romanorum, qualiter donationes vel testamenta legantur.*

Anno illo, regnante rege illo, sub die illo, in civitate illa,stante viro illo laudabili defensore, et omni curia illius civitatis, vir magnificus ille prosecutor dixit: Peto, optime defensor, vosque laudabiles curiales atque municipes, ut mihi codices publicos patere jubeatis: quædam enim in manibus habeo, quæ gestorum cupio alligatione roborari. Defensor et curiales dixerunt: Prosequere quæ optas, dicere ne moreris. Vir magnificus prosecutor ille dixit: Vene-

*a* Forma hic traditur donationis, qua dominus servo, qui jugiter ei ministrabat, aliquantulum agri conceit ab omnibus colonariis functionibus omnino liberum et immune. Gasindi autem nomine is servus significabatur, qui non in agris, sed domi ministrat, quem veteres quædam alia formulæ et capitula ministerialem dentus casa vocant. In.

*b* Baluz. et Lindenbr., *justitia imis*.

*c* Baluz., *sub reditus*. Lindenbr., *sub reditibus*.

*d* Pascuarium vectigal ex animalium pastione.

rabilis vir aut illuster vir ille, per chartam mandata sua injunxit, ut illam donationem testamenti, aut cessionem, quam ad basilicam ad locum sanctum illum aut illustri viro illi ad præsens, aut post discessum delegavit, in vice sua, ut mos est gestis municipallibus ipsam donationem debeam alligare: vir honestus defensor dixit illi: Mandatum quod in te conscriptum habere dicis nobis ostende, vel in præsentis recitetur.

#### CAPUT XXXVIII.

*Textus mandati.*

Domino magnifico fratri illi, ille. Peto et supplico charitati tuæ, ut invicem meam epistolam donationis aut testamenti, seu cessionis quam de rebus meis illis, ad basilicam illam pro animæ meæ remedio, aut illustri viro illi, post discessum meum, vel ad præsens delegavi, in civitate illa publice prosequere, et gestis municipallibus, ut mos est, eam debeas alligare. Propterea tibi hoc mandatum conscripsi, ut sicut superius continetur, taliter prosequere et firmare debeas; et quidquid exinde egeris, gesserisve, ratum et definitum apud nos esse cognoscas. Factum mandatum tunc, ibi, anno illo. Post recitationem mandati, vir honestus ille defensor dixit: Mandatum quidem recitatum est, sed suprascripta donatio, testamentum, aut cessio quam præ manibus habere dicis, nobis præsentibus recitetur, et ut postulas gestis publicis firmetur. Quam vero donationem ille professor recitavit. Post recitationem vero, vir laudabilis ille defensor et curiales dixerunt: Epistola quæ recitata est, gestis publicis inseratur, et quod ille prosecutor vult et petit, gesta ei publice dentur: ille prosecutor dixit, sufficit mihi, bone defensor, et donatio quæ recitata est, si mihi gesta tradere jubeatis: ille defensor dixit: Et quia epistola donationis, aut cessionis, seu testamenti, et mandatum in te conscriptum per ordinem condita, et bonorum hominum manibus roborata, atque signata, manifesta esse cognovimus, dignum est ut gesta ex hoc conscripta, atque subscripta tibi tradantur, et ut in arcibus publicis memoranda serventur: Edatur super ordine, et mandatum suum in loco, et totus textus, et manissoris epistolæ scribantur: et postea defensor, et curiales civium, et reliqui eam subscribant, atque siguent.

#### CAPUT XXXIX.

*Epistola si aliqui rem Ecclesiæ ad usum habeant, et de sua proprietate aliquid donent.*

Domino sancto et apostolico, domino et in Christo patri illi episcopo, ille et conjux mea illa. Quatenus ad nostram petitionem vestra habuit pietas et benevolentia, ut locellum aliquem Ecclesiæ vestræ, nun-

Agriarium vectigal agro impositum, quod in quibusdam Galliarum provinciis nomen retinet *agrier*, seu vulgo *champart*, *terrage*. BIGN.

*e* Baluz. et Lindenbr., *agrarium, carroperu*. Hoc ultimo nomine significantur operæ qua carris aut plaustris fieri debent.

*f* Riga est tributis et vectigalis species.

*g* Baluz. et Lindenbr., *allegentur*.

*h* Baluz., *regnante domno nostro rege illo*.

*i* Arcipibus, id est, archivis, scriniis.

cupantem illum, a situm ibi, quem ille pro animæ A  
sue remedio ad Ecclesiam vestram illam, in honore  
sancti illius, delegavit, nobis ad beneficium dum  
pariter advivimus, aut qui ex nobis pari suo super-  
stes fuerit, dum advixerit excolere permisistis. Et  
nos pariter, juxta quod convenit, tam pro ipso usu,  
quam pro animæ remedio, alium locellum nuncu-  
pantem sic, situm ibi, post nostrum ambobus diaces-  
sum, vobis vel successoribus vestris, ad memoratam  
Ecclesiam visi fuimus condonasse. Ea tamen condi-  
tione, ut dum advivimus, suprascripti loci, tam illi  
quos nobis præstitistis, quam eos, quos pro animæ  
nostræ remedio ad ipsam Ecclesiam delegavimus,  
absque ullo præjudicio Ecclesiæ vestræ, sine ulla di-  
minutione, de qualibet re usufructuario ordine possi-  
dere debeam. Et post nostrum, ut diximus, ambobus B  
diaccessum, præfatos locos, absque ulla alia renovata  
(ut mos est in cæteris) b precaria per hanc epistolam  
absque ullius hæredum nostrorum, aut cujuscunque  
contrarietate, vel expectata traditione, c vos vel  
successores aut agentes vestri, in vestram faciatis  
revocare dominationem perpetualiter dominandum :  
et nostra possessio nullo unquam tempore nullum  
præjudicium vobis ex hoc generare non debeat. Si  
quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipsi,  
aut aliquis de hæredibus nostris, vel quælibet perso-  
na, contra hanc epistolam venire, aut aliquid de  
ipsis locellis vobis minuere aut auferre voluerit, cum  
suprascripto Domino illo, ante tribunal Christi de-  
ducat rationes : et insuper inferat partibus Ecclesiæ  
vestræ tantum, et quod repetit v. indicare non valeat ;  
sed præsens epistola firma permaneat, stipulatione  
subnixa. Actum illo.

## CAPUT XL.

a Præstaria de re ecclesiæ ab episcopis facta.

In Christo sanctæ Ecclesiæ filii, aut si tales fuerint  
illustribus viris ille gratia Dei episcopus. Dum ad  
petitionem vestram alium locellum nuncupantem  
sic, e situm ibi, de proprietate vestra, tam pro ipso  
usu quam pro animæ vestræ remedio, post amborum  
diaccessum ad ipsam ecclesiam sancti illius, per ve-  
stram epistolam delegastis : ideo nobis, cum consensu  
fratrum nostrorum, convenit, hanc epistolam præ-  
stariam in vobis pariter conscribere, ut dum pariter  
advixeritis, aut qui ex vobis pari suo superstes fue-  
rit, et advixerit, nec nos nec successores nostri, nec  
quislibet de parte ecclesiæ nostræ locellos de vestra  
potestate pontificium auferendi non habeamus, sed  
per nostrum beneficium aut successorum nostrorum

a Baluz., situm in pago illo.

b Precaria proprie dicebatur libellus, quo quis  
res ecclesiæ utendas sibi dari rogabat. BIGN.

c Baluz., successores vestri aut agentes ecclesiæ.

d Præstaria vocabatur epistola, qua episcopus vel  
abbas rem ecclesiæ concedebat. BIGN.

e Baluz. : Situm ibi, vobis pariter ad beneficium  
dum advixeritis, excolere permisimus, et per hoc alio  
locello nuncupante sic, situm ibi, de, etc.

f Baluzius, revellere amari, et ipsam terram pro-  
prietatem sacire. In Formulis et apud Lindembrogium,  
nec ad proprium sacire. SACIRE, inquit Salmasius,  
ad Historiam Augustam, dicebant veteres τὸ σακ-

dum advixeritis, absque ullo præjudicio Ecclesiæ  
nostræ, vel diminutione aliqua, de qualibet re, integri-  
tate ambos locellos excolere debeatis. Et post ve-  
strum ambobus diaccessum, sicut et vestra continet  
epistola, loco precariæ facta, absque ullius expectata  
traditione, eas nos, aut successores nostri, ad par-  
tem ecclesiæ nostræ revocare debeamus. Facta epi-  
stola, etc.

## CAPUT XLI.

Si aliquis rem alterius quam excolit ad proprietatem  
habere vult et non potest, et postea eam precaverit.

Domino illustri illi, et mihi proprio domino illi.  
Dum per malorum hominum consilium, quod non  
debueram de terra vestra in loco nuncupante illo,  
f quam excolere video, amavi, et ipsam terram ad  
proprietatem facere, et non potui : quod nec ratio  
præstitit, et vos vel agentes vestri eam et partem  
vestram revocastis vel nos exinde ejecistis : sed  
postea ad petitionem bonorum hominum, nobis eam  
ad excolendam reddidistis. Propterea hanc preca-  
riam dominationi vestræ emittimus, ut quam diu  
vobis placuerit, ut eam teneamus, absque ullo vestro  
præjudicio quidquid reliqui accolavi vestri faciunt,  
nos reddere spondimus. Quod si non fecerimus, et  
ob hoc negligentes tardi aut contumaces fuerimus,  
publice per hanc precariam ac si semper per quin-  
quennium renovata fuisset, condemnari, ut lex præ-  
stat tardis aut negligentibus, et de ipsa terra pontifi-  
cium habeatis ejiciendi. Facta precaria ibi, sub die  
illo, anno illo, illo rege.

## CAPUT XLII.

g Indiculus episcopi, qui ad alium in resurrectione Do-  
mini eulogius dirigit.

Domino sancto, apostolica veneratione colendo,  
domno et in Christo fratri, illi episcopo, ille gratia  
Dei, ac si peccator episcopus. Dominicæ festivitatis  
resurrectionisque mysteriis, in qua idem Deus Chris-  
tus tartarum per semetipsum decrevit absolvere,  
nudus victorque de exsuperato hoste triumphans  
captivitatem, dedit dona hominibus propterea re-  
meavit ad cælos, anni circulo revolvente, quæ felici-  
tatis, vel prosperitas vestram constitit industriam aut  
sanctitatem exceperit, ipsoque Deo præsentie pere-  
gisse, cum eulogiis peculiaris patris vestri sancti il-  
lius, et salutationis officia veneratione præcipua mit-  
tentes, quæsumus ut nostram extremitatem aucta  
dignabili jubeatis specialibus informare.

## CAPUT XLIII.

Rescriptio ad episcopum.

Domino sancto, meritis apostolico, in Christo de-

zicere, nos saisir, et infima latinitas saisir. Videant  
igitur eruditi an sacire positum fuerit pro sociare ;  
an vero a saccire deducatur ; denique an inde vox  
saisire ortum ducat. Ista Cangius in Glossario.

h Solebant olim episcopi in præcipuis solemnita-  
tibus, ut in Paschate aut Natali Domini, litteris co-  
episcopos, reges et amicos visitare, et eulogias mittere,  
quo pertinet hoc Marculli caput cum tribus sequen-  
tibus. Eulogia vero benedictio est, atque etiam  
res quæcunque, sive panis, seu sal, seu vinum, aut  
aliud ejusmodi cui benedictio illa accessit, eulogia  
dicitur. BIGN.

siderabili, domino et fratri illi papæ, ille peccator A  
episcopus: vestras<sup>a</sup> sacras almitatis vestræ deferente  
venerabili filio communi illo, ut cœlitus donatam,  
nos accepisse prænoscite et comperite. De edulio de-  
pasti recreatique sancto hoc de munere vestro tre-  
pudiantes, gratias multas agimus, etc.

## CAPUT XLIV.

*Quomodo episcopus in Nativitate Domini ad regem,  
reginam, vel ad episcopum, visitationis dirigit scri-  
ptum.*

Glorioso atque præcelso, et universalis Catholice  
sanctæ Ecclesie filio illi regi, ille episcopus: gloriose  
atque præcelsæ, et universalis Catholicæ sanctæ Ec-  
clesiæ, filie illi reginæ ille misericordia Dei episcopus  
domino inelitoque cultori, atque apostolico, domino  
et in Christo fratri illi episcopo, ille peccator epi-  
scopus: dum generaliter dominicæ nativitatibus exul-  
tamus adventum, censum debitæ subjectionis desol-  
vere<sup>b</sup> perurgamus: atque ideo salutationum munia  
cum eulogiis peculiaris patroni vestri sancti illius, si  
ad regem, clementiæ vestræ, si ad episcopum, sancti-  
tati vestræ direximus, cum omni humilitatis genere  
clementissime dependentes, suggerimus, ut jugi nos  
præmunientes oratione de vestræ sospitatis integritate  
trepuditare faciatis, dignabili protinus rescripto.

## CAPUT XLV.

*Item alia de Nativitate Domini.*

Jucunditatis mutæ gratiam cogoscere cupientes,  
divinitus universitate collata, non desistemus epi-  
stolis, præferendam vestram prævenire clementiam,  
aut sanctitatem, cum eulogiis peculiaris patroni ve-  
stri illius, honorabili ac devoto cultu poscentes, ut  
qua alacritate festiva Nativitatis Dominicæ peregristis  
insignia, nos doceant vestræ sanctitatis exempla.  
Eruat enim nobis provectuum vestræ incrementa sa-  
lutis, locupletes thesauri facultatis.

## CAPUT XLVI.

*Commendatiæ litteræ ad episcopum notum.*

Domino reverendissimo illi papæ, ille. Remini-  
scentes vestram affectuosam beatitudinis charitatem  
qua tunc ob retributionem æternam, nostræ extre-  
mitatis personalem, in intimis visceribus, ac si unico  
dilectionis vinculo amplectabimini sedule; qua fi-  
ducia provocatus, hos apices utilitatis nostræ, fiden-  
ter ad dignationem vestram, per fratres nostros, fi-  
lios vestros, gerulos præsentibus destinare præsumpsi,  
per quos vestræ almitati, si præsumptio non offen-  
dit, salutationum munia, ut decet, non arroganter,  
sed humiliter destinare præsumo, quos ut commu-  
dentur in omnibus recipere dignetis, quæsumus op-  
portune. Etenim in tam longinquis regionibus, pro-

pter necessitates fratrum comparandas euntes, vestris  
Christo præsule adminiculis fulciantur, pro quibus  
beneficiis centuplicato fœnore, a Domino retributore  
bonorum omnium referam mercedis summulam in  
eam recipiatis dignissimam. Dominus Deus noster  
piam coronam vestram memorem mei, et præsentibus  
repleat bonis, et dignam reddat æternis. Domine sem-  
per meus.

## CAPUT XLVII.

*Item commendatiæ litteræ ad abbatem notum.*

Domino beatissimo, et meritis venerando, patri  
illi abbati, ille in Domino perpetuam mittit salutem.  
Multimoda nobis, benevolo vestro, generare compe-  
rite gaudia, quoties aditus dederit opportunos, ut ad  
indagandam sospitatem vestram, nostras dirigere  
debeamus litterulas: idcirco cum salutationem offi-  
cii, humili prece almitati vestræ quæsumus, ut pro  
nobis misericordiarum Dominum, ubi dignas sedu-  
lasque funditis preces, exorare non dedignemini, qua-  
tenus vestris fultis precibus, olim optatam adire  
mereamur patriam; pariterque latores præsentibus,  
famulos vestros, fratres in Christo nostros, quos ob  
necessaria monasterii nostri, illuc usque destinavi-  
mus, vestræ beatitudini plurimum commendare præ-  
sumimus, ut eis quod necessarium duxerint solatium  
præbere, pro divino intuitu nos dedignetis. Vale pro  
nobis orans, domne et sancte, ac beatissime pater.

## CAPUT XLVIII.

*Supplicatio pro eo qui in monasterio conversare  
desiderat.*

Domino sancto, Deique cultori, et mihi in Christo  
honorabili fratri, illi abbati, ille salutem optans mitti  
in Christo. Primum illud tanquam præsens sanctis  
vestris suggero provolutus pedibus, ut lætæ extremi-  
tatis litterulæ, cum vestris fuerint sacris manibus  
traditæ, pro me meisque, quos mihi in Christo co-  
hærere fecit amor, fratribus, precibus Domino com-  
mendetis. Deinde subjectus vestri frater in Christo  
noster ille, superno inspiratus munere, vestræ sancti-  
tati obedientiæ nostris se petiit litteris almitati  
vestræ commendari, per quas suppliciter postulamus,  
ut ovis fauce lupi, boni pastoris Christi manu erepta,  
ad caulas Christi gregis, tua sit diligentia reducta,  
ac vice patris ac medici pia circa hunc sit vigilantia  
ægrum. Quem si pristinæ redditum sanitati pastori  
omnium cum cæteris præsentaveris illæsum, quæ  
sequatur tui merces laboris optime divinis nostri in-  
structus oraculis. Vale memor mei, venerabilis in  
Christo frater.

*pandant, oracula dicta dicimus. Et illud quod nos  
flagitare oportet, ut in vestris sæpius nobis reminiscat  
oratio.*

<sup>b</sup> Item, perurgemus ex voto; atque.

<sup>c</sup> Baluzius, ab obtentu retributionis æternæ.

<sup>a</sup> Baluzius sic, barbore: *Vestras sacras common-  
imitati vestri deferenti venerabili filio commune illo,  
et cœlitus donabile, nos accepisse præmiscite et com-  
perite. De edulio, inquit, et de pasti recreati sancto  
hoc de munere vestro trepudiantes, multum de qua pa-  
gina fuerit: quod valitantes vobis præsumimus esse cum  
vestris et quantali habuit vestra dignatio instigio ut  
in virendotirio suis dignati, infimo gratias agimus.  
In his et plura salientes, plusculum quod valeat in-  
ternum congignere compus, vel verborum carmina*

<sup>d</sup> Preces sunt, seu potius commendatiæ litteræ  
abbati factæ, ut in cœnobio aliquem, qui monachus  
feri cupit, recipiat: *conversare* enim tum usurpa-  
batur pro monachum ferri; quasi dicas, in monaste-  
rio degere. BIGN.

## CAPUT XLIX.

*\* Indiculus generalis ad omnes homines.*

Domino nostro, orthodoxo Romanæ sedis apostolicæ, a Deo instituto, illi papæ: vel omnibus apostolicis domnis, et patribus, seu abbatibus: vel Deo dicatis in cœnobiis degentibus: nec non et illustribus viris, patriciis, ducibus, comitibus, vel omnibus Christiani cultus divinam religionem sectantibus, <sup>b</sup> ille peccator vilissimus omnibus in Domino præsumo mittere salutem. Quatenus præsens portitor ille, radio inflammante divino, non (ut plerisque mos est) vacandi causa, sed propter nomen Domini, itinera ardua et laboriosa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina sanctorum apostolorum Domini Petri et Pauli, adire cupiens, meæ parvitatæ se petit vestræ commendari almitati ac industriæ litterulis. Per quas vilissimus omnium, tanquam vestris provolutus vestigiis singulorum, supplicare præsumo, ut pro minimo exorari jubeatis, et eundem euntem vel redeuntem, si Dominus permiserit, propter nomen Domini, solida pietate commendatum recipiatis, et quod necesse habuerit impertire tanti habeatis; quatenus ab ipso mereamini <sup>c</sup> mercedem recipere commodam, qui sibi dixit impleri, quantum quis in suis pauperibus visus fuerit erogare.

## CAPUT L.

*Indiculus commendatitius ad viros illustres laicos.*

Domino illustri, et præ cunctis magnificentissimo, ac nobilitate prospiciæ decorato, atque sublimato, illi, ille peccator in Domino præsumit mittere salutem. Quanquam vestræ excellentiæ mea parvitas minime sit cognita, tamen multorum relatione dilecti vestram in Domino maximam devotionem, et in servos Dei, vel pauperes ejus, ob æternam retributionem sollicitudinem non pigram. Qua fiducia provocatus, hos apices vilitatis meæ per latores præsentem, famulos vestros, fratres in Christo nostros, ad dominationem vestram direximus: per quos vestram industriam, si præsumptio non offendit, plurimum salutare præsumo: et peto ut eis euntibus vel redeuntibus, in quo necessarium duxerint, propter nomen Domini solita pietate consolari jubeatis.

## CAPUT LI.

*Indiculus ad homines potentes palatinos, maxime ad cognitos sibi.*

Domino illustri, et præ cunctis magnificentissimo <sup>D</sup>

<sup>a</sup> Indiculus pro omni epistola et libello accipitur. Illic autem qui generalis dicitur, epistola est commendatitia episcopi, ut verisimile sit, qua is qui limina apostolorum peregrinationis causa petit, omnibus episcopis commendatur et principibus, per quorum ditiones iter facturum est. BIGN.

<sup>b</sup> Baluz., peccator episcopus vilissimus.

<sup>c</sup> Idem, mercedem [Leg. mercedis] recipere cumulum.

<sup>A</sup> viro illi, ille peccator perennem in Domino mittit salutem. Uberem strenuitatis vestræ agapem erga nos potissimo jure flagrantem, litterarum serie non omittimus excitare, quo, avidi facilitatis vestræ questus præstolantes, uberes in Domino a vobis fructus semper suscipiamus: et dum præsentem in vita tibi rerum arbiter locum dedit, quo et Ecclesiarum, et amicorum feras suffragia, non pigeat subire laborem, qui in posterum mercedis conferat lucra, et nunc multiplicia ex numero amicorum ferant suffragia et unde tibi præsentium portitores, sodales mei, famuli vestri suggererint, pie ob audientes effectui mancipetis. <sup>d</sup> Vale vigor atque tuorum decus amicorum; omnipotens Dominus pietatis, ad Ecclesiarum profectum per multa spatia temporum, vos conservare et custodire dignetur.

## CAPUT LIJ.

*\* Qualiter ex ordinatione regis, pro nativitate filii sui, domesticus de villa regis per suam epistolam relaxat ingenuos.*

Ego in Dei nomine ille domesticus, ac si indignum gloriosissimi domini illius regis super villas ipsius illes illi ex familia dominica de villa illa. Dum generaliter ad omnes domesticos regis ordinatio processit, pro nativitate dominicelli nostri illius, ut a domino melius conservetur. de unaquaque villa fiscali tres homines ex servientibus, ex utroque sexu, a servitio laxarentur, et nos ita faciendum ob hoc ordinationem recipimus. Propterea te per hanc epistolam, sicut mihi jussum est, ab omni vinculo servitatis absolvo, ita ut deinceps tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus vitam ducas ingenuam: et in nullo servitio, nec a nobis, nec a successoribus domesticis, nec a quocunque de parte fiscali positum in servitio inclinari non possis; sed per hanc epistolam ingenuitatis, sicut nobis jussum est fieri, bene et integre ingenuus cunctis diebus vitæ tuæ debens permanere. Si quis vero te de stata ingenuitate tua impulsare voluerit, inferat tibi cum cogente fisco auri libram 1, et quod repetit vindicare non valet, sed præsens epistola firma permaneat; stipulatio subnixæ. Actam ibi, sub die illo, anno illo, rege illo, superscripto illo domino nostro rege.

<sup>d</sup> Baluz. Vale vir vigoris... omnipotentis Domini pietas.

<sup>e</sup> Superiore libro formula est mandati regii ad domesticos et comites dati, quo jubet princeps ut propter filii nativitatem in unaquaque fiscali villa tres servi manumittantur. Hoc autem capite forma proponitur, qua domesticus, ut regio mandato satisfaciatur, servos fiscales manumittit. Hinc planum est domesticos villis fiscalibus et fundis dominicis præfuisse, et omnes redditus curasse. BIGN.